

~~EX~~

EX BIBLIOTH.

NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

IV A 182.

SIGNAT. CIIOCCXIII.

nk

PRACTICÆ PHILO²
SOPHIÆ, *X/*

hoc est,

Ethicæ, Politicæ,

atq; Oeconomicae

COMPENDIUM,

Autore,

MICHAELE WEN-

DELERO, S. S. THEOLO-
GIÆ D. & P. P.

In fine adjiciuntur

Breves genuini disputandi pro-
cessus observationes, antea ali-
quoties editæ

Imprim. Lib. Jusselii Amst. Batavi.
Offic. Jusselii Amst. Batavi.

WITTEBERGÆ

Apud JOBUM WILHELMUM
FINCELIUM.

Anno M. DC. LV.

JUVENIBUS & ADOLESCENTIBUS
*Clarissimis, Eximiis, Prestantissimis
ac Humanissimis,*

M. Josiæ Christophoro Neandro,

Lubenà Lusato, Fac. Phil. Adjuncto,

M. Andreae Schüringio Livono.

M. Friderico Viccio, P. L. C. SiL.

M. Sigismundo Hofemann. SiL.

Heinrico Kleinschmiedt / Livono,

Georgio Hermanno,

Paulo Newnachtbar /

Johanni Hontero,

} Coronà Transyl-
vanis,

Gothofrido Putschero, Lipsiensi,

Theodoro Fesselio, Cüstrinensi,

Wolffgango Casparo Martini, Friberg.

Johanni Cornelio Webern, Mutin.

Jacobo Hannoteovio, Sedino-Pomerano,

&

Guilhelmo Heinrichi, Mitoviâ Sengalio,

Dominis Commensalibus &

amicis dilectissimis.

ANNO MDCCLXXXV



In publicum lectio-
nes, vestro cum nomi-
ne, *Commensales di-*
lectissimi, prodeunt, in ma-
gnâ, ut nostis, studiosorum
frequentiâ, publicè proposi-
tæ. Primas civilis scientiæ
inibi trado lineas, hoc est,
quemadmodum loqui sole-
mus in scholis, *definitiones*
& *divisiones* unâ cum non-
nullis *distinctionibus*. Ex
Aristotele, quo in hoc scien-
tiarum genere, ex omni an-
tiquitate, non reperitur me-
lior, omnia sunt desumpta.
Scripsit is aliquot libros de

X 2

mori-

moribus , decem nimirum
ad *Nicomachum* , & septem
de eâdem materiâ ad *Eudemum* ,
duos *Magnorum*
Moralium , octo *Politico-*
rum & tandem duos *Oeco-*
conomicorum . Plures *Ari-*
stotelem hâc de re scripsisse
libros ex *lib. 3. Ciceronis* ad
Q. Fratrem epist. 5. ac s.
ejusdem de *Finibus* , atque è
catalogo scriptorum *Aristo-*
telis apud *Laertium* facile
suspiciari possis. De libris,
qui circa mores versantur,
alibi diximus, idque , ut opi-
nor, abundè. De *Politicis*
ipsorumque idoneo audito-
re , sicut in programmate,
Dominicâ *Invocavit* publicè
affixo

affixo, hisque nostris lectio-
nibus præmittendo, promisi-
mus, nonnulla adjiciamus ne-
cesse est. Et verò (verba sunt
cujusdam magni nominis Po-
litici) *ea est Aristotelis eru-
ditio & in civili quoque
sapientiâ autoritas, ut ejus
sit sententiis haud minus
propemodum, quàm Ora-
culis, fidendum: à quâ di-
gnitate profana scripto-
rum turba plurimum ab-
est. Aristoteles enim, si
quid à veteribus, qui ante i-
psum fuerunt, rectè dictum,
conatus est recensere, ut in
extremo operis Nicomachi-
ci capite fatetur. Non ergò
videre possum, quare in ci-*

vilis

vili prudētiā vel contemnen-
dus, vel aliis exosus sit red-
dendus. Seculo superiori
quidam *Nicolaus Machia-
vellus, Florentinus, & Jo-
hannes Bodinus Andega-
vensis*, nonnihil tentarunt,
sed ausū, ut doctissimorum
quique farentur, & temera-
rio & planē infelici. Etenim
Machiavellus nullum im-
perii arcanum potuit doce-
re principem suum, quod
non dudum antē ad Tyran-
nidem ac Dominatum con-
servandum facere, *Aristote-
li 5. libro Politicorum* sit
observatum. Quin omnia
sua [loquor aliorum verbis]
*vaserrimus hic nequitiæ
doctor,*

doctor, dissimulato plagio,
ex Aristotele transcripsit;
eo tantum discrimine,
quod hic impiè ac impru-
denter principi comen-
dat, quæ non nisi Dominis
ac Tyrannis convenire,
longè rectius ac prudentius
scripserat antè Aristoteles.

Bodinus verò dum in qui-
busdam Aristotelem emen-
dare, dum in nonnullis eti-
am meliora substituere niti-
tur, turpiter impingit, ut
Arniseus, vir in Politicis su-
pra invidiam exercitatus,
haud ineruditè demonstravit
passim. Non autem quivis
aptus est Aristotelici hujus
operis lector atque auditor,

cūm in eo, utpote ἀκροαμα-
τικῶ, subtilem atqve accura-
tam doctrinam polliceatur.
*M. Tullius scriptum lima-
tius* appellat. In hoc *Phi-
losophiam remotiorem sub-
tilioremqve* agitari asserere-
bat *Aulus Gellius*. Hoc il-
lud est, in quo datā operā
est obscurus, si *Simplicio* cre-
dimus, quò segniores repelle-
ret. Quis verò sit idoneus
Politicoꝝ auditor, ipse in-
nuit, quando dignum lecto-
rem τὸν πεπαιδευμένον, hoc
est, ingenio excellentem &
eruditionis elementis instru-
ctum, & *lib. 1. Nicomach.*
ὀικείον ἀκροατὴν appellavit. Ta-
les autem olim ipsūmet
Aristotelem ad ἑωθινὸν πε-
ρίπα-

ἑπιπατοῦ admisisse, passim legimus, selectos scilicet versatosque in aureo illo opere historico, quo ducentas quinquaginta respublicas descriperat. Indè enim, ceu ex fonte, se immensam illam prudentiam hausisse, aliisque indè hauriendam esse, fateatur. Itaque qui nescit res humanas, civiles maximè, quique non benè educatus assuefactusque est amare honesta, turpia autem odio habere, non est ille aptus ad hanc prudentiam discendam: non magis, quàm in Mathematicis Astrologiam, quis audire non rectè potest ignarus motuum coelestium.

) (5

Scili-

Scilicet ut motus illi cœle-
stes principia sunt Astrolo-
giæ; ita res civiles principia
sunt Philosophiæ civilis. His
verbis solidum operis Aristo-
telici auditorem descripsi-
mus, seu priorem ad pru-
dentiam civilem viam. Præ-
ter hanc alia est ad Politicam
via, quæ à præceptis pergît
ad experientiam atque histo-
rias; quâ potest juvenis, nec
multùm adeò rerum huma-
rum peritus, utilitatem hinc
habere satis insignem. Potest
verò imprimis, si omnia no-
tet atque observet mox præ-
ceptorum veritatem ad usum
rerum civilium exploraturus.
Eodem planè modo solent
tyro-

tyrones reliquarum scientiarum
præceptis suorum magi-
strorum tantisper adhibere
fidem, donec firmiori judi-
cio veritatem illorum ac fal-
situdinem possint dignoscere.
Hanc tractandi methodum
monstrat itidem Aristoteles,
quando distingvit inter Phi-
losophicam tractationem, &
eam, quæ nil nisi praxin co-
gitat. Veteres hoc caput di-
xerunt dogmaticum, illud
verò paræneticum, seu præ-
ceptivum. Prius accuratam
de rebus ipsis disputationem,
posterius autem insignes ad-
monitiones requirit. Dogma-
tica tractatio ad solam Philo-
sophiam spectat, parænetica
) (6 etiam

etiam ad Poësin & historias.
Quamvis autem utrumque
caput ad summam manum
his studiis imponendam ne-
cessarium sit; (quod præcla-
re, ut omnia, demonstrat Se-
neca epist. 94. & 95.) tamen
dogmaticum longè est expe-
ditius ad civilem prudenti-
am, quàm illud alterum,
quod ab historiis tendit ad
præcepta, Nam *qui* [verba
sunt Clariss. Hermanni Con-
ringii in introductione in Po-
litica Aristotelis] *præceptis ac*
sententiis prudentiæ est in-
structus, jam accepit oculum
aliquem politicum, quo pos-
sit videre rerum gestarum
causas atque arcana: in
quæ

*quæ non penetraveris, si
statim in historiarum mare te
immerferis.* Hanc viam sunt
secuti, & nostrum laborem
jam pridem hoc & superiori-
bus seculis omnium natio-
num populi, *Itali, Hispani,
Galli, Germani, Batavi,*
aliique suo labore & indu-
striâ, minuere egregiè studu-
erunt. Quos sanè quàm pro-
batissimos Aristotelis inter-
pretes Clariss. *Naudæus* in
Bibliographiâ longo ordine
enumerat. Quamobrem ne-
mo mihi de facili vertet vi-
tio, cum & ego, quod ante
me tot celeberrimi viri fece-
runt, & hodieque faciunt,
denuò *Ethicam & Politicam*
aidov)(7 atque

atque *Oeconomicam* ex *Aristotele* secundum dogmaticam methodum explicare conatus fuerim, atque unumquodque dogma ex principiis rectæ rationis examinaverim. His enim perceptis, reliqua, quæ ad genus paræneticum faciunt, cujuscunque industria adjiciet. Quas meas lectiones, amici, qui omnes fermè interfuistis, edo vestro cum nomine, ut vobis mea ex aliquo signo voluntas illucescat: quibus si locum dabitur inter eos libros, qui ab oculis vestris abesse non solent, vigebit apud vos nostri memoria. Quoties easdem videbitis, toties animo

Vobis

Vobis occurram; adero Vo-
bis absens; tacitus sæpè Vo-
biscum loquar. Me quoque
esse de vestris familiaribus
unum, de iis maxime, qui
operam vobis assiduam præ-
bent, qui vestris potissimum
studiis serviunt, existimabitis.
Quod ipsum ut ita sit, vehe-
menter opto: & si assequor,
feram in cœlum hanc vestram
erga me humanitatem, co-
lam animo, tuebor officiis,
& imitabor, quantum pote-
ro: studio certè, si minus re-
licebit, vobis ut faciam satis,
laborabo. Wittebergæ an-
no M. DC. LIV.

Michael Wendelerus
S. S. Theol. D. & P. P.

ETHICAM ET
POLITICAM

publicè audituris

S. P. D.

Annus agitur decimus
& tertius, ex quo publi-
cum docendi mihi concredi-
tum munus est. Quo tem-
poris spatio legendo dispu-
tandoque quid præstiterim,
præstat tacere, quàm temeri-
tatem prodere. Certum est,
me singulis annis eam Philo-
sophiæ partem, quàm Practi-
cam appellamus, absolvisse,
non in parvâ auditorum fre-
quentiâ, nec sine discentium,
ut speramus, commodo. De
ca-

cæteris hîc non est dicendi
locus. Quid æstate, proximè
elapsâ, effecerim, subsequens
vobis manifestabit tempus.
In hoc vitæ genere libros,
communes delicias, abjecisse
me penitus, nolim quis exi-
stimet. Mecum ubiqve sunt,
comites nunquam molesti,
loquentes, silentes, cum vo-
lumus, & quantum volumus.
Nunc autem quid sim ince-
pturus, præsens, amici, vo-
bis indicat titulus. Opus est
nec temporis, nec laboris
exigui. Tempus, ut video,
desse non potest: laborem
communis utilitatis gratiâ
nunquam adducar ut fugiam.
Initium lectionum faciam
futurâ

futura septimanâ die Lunæ,
seu XXI. Novmebris, in Au-
ditorio minori. Freqventes
compareatis obnixè rogo. Id
agam unicè, ut boni & per-
spicui interpretis fungi offi-
cio possim. P. P. XIII. No-
vembris anni currentis seculi
LIII.

Michael VVendelerus
D. & P. P.

POLITICAM
ARISTOTELIS

Publicè Audituris.

P. S. D.

MEMOR promissi, Auditores humanissimi, telum, anno superiori coeptum, bono cum DEO pextexam. Ethicam, quæ circa mores versatur, cum ad finem perduxerim; ideoque rectâ ad Politicam pergam. Hæc rempublicam suscipit tuendam, gubernandas regendasque civitates, & legibus ac moribus constituendas. Politicam esse ductam à nomine græco πολιτικής, non est obscurum, quod latinum tam civitatis, quàm
urbis

urbis interpretatur. Et πολίτης *civis* est, cui ξένος, id est, *externus* opponitur. Politice autem, quam rationem civilem interpretamur, ea est, cujus quasi magisterio vita communis ordinatur atque constituitur jure & legibus, ut societates hominum, quæ civitates & respublicæ vocantur, à grecis πολιτεία, in terris conserventur. Comuni appellatione Politici sunt non ii tantum, qui condunt, & legibus ac jure constituunt civitates, sed qui administrant etiam, & suo quisque loco capeffunt cujuscunque formæ rempublicam, exercendo judicia & consilia
ineun-

ineundo. Præterea Politice
de iis propriè dicitur, quibus
domi & in pace congregatio-
nes legitimæ hominum con-
servantur. Aristotelis autem
sunt vel πολιτικὰ ᾠδὴ γυγέλμα-
τα, vel generaliter πολιτικά, vel
πολιτικοὶ λόγοι, id est *libri*.
Quæ omnia ad mentionem
πολιτικῶν quadrant. Politica pri-
mùm ita discernitur, ut huic
attribuantur actiones pacis &
actiones belli. Hinc pars una
erit nomine πολιτικῆ, & altera
πολεμικῆ. Subter politicam
subjiciuntur omnes actionum
scientiæ, quæ πραγματικαὶ ab Ari-
stotele nominantur; in quibus
sunt præcipuæ ἠθικῆ, οἰκονομικῆ,
ῤητορικῆ, hoc est, *morum bone-*
stas.

Stas, cura rei familiaris & oratoria: & subter πολεμικὴν
primò loco στρατηγικὴ, hoc est,
imperatoria facultas. Et his
rursus singulis serviunt aliæ.
Ex quâ divisione exemplum
capias de aliis quoque. Cùm
verò ad politicam magnopere
pertineat cura educationis
puerilis & sanitatis bonæve
valetudinis civium, adjunga-
mus necesse est γυμνασικὴν, at-
que ἰατρικὴν, id est, palestram
atq; medicinam. Sed de his
cogitare unusquisq; harū re-
rum studiosus melius poterit.
Minimè quoque æstimandum
erit, quòd religionis cura (quæ
veteribus μαντικὴ & ἱερατικὴ, Sa-
cerdotia sunt Latinis) à civili
ratione aliena sit. Non tamen
reli-

religionis interpretes politi-
cam artem exercent; sed ope-
rationi rerum divinarum illi
præsunt inter homines. Qua
homines destituti speciosissi-
mis actionibus & suis maximè
spoliati videntur. Nam ante
omnia hominem ad DEI co-
gnitionem & cultum procrea-
tum esse cōstat; cūm præcipuè
notitia insita sit hæc hominū
animis: *esse Deum, qui quæ
nos gerimus, audit, & vi-
det*, ait ille apud *Plautum*.
Ideoq; in civitate, benè consti-
tuta, religionem esse oportere
affirmamus. Ea autem ut
vera sit, DEI singulare benefi-
cium & opus est. Libros de ra-
tione civili, numero octo, cur
non esse ab Aristotele com-
posi-

positos aliquis suspicetur, cau-
sam invenio nullam. De eodē
reliquum scilicet est aliquid
dicere, ut operis parēte. Hunc
omnes eruditi & docti viri ad-
mirati fuerunt. Quorum plu-
rimorum testimoniis nescio
an unius Ciceronis nobis plu-
ris esse debeat: qui *Aristote-
lem suo iudicio in hoc scien-
tiarum genere prope singu-
larem, eoq; nihil acutius, ni-
hil politius, singularique
hunc ingenio & penē divi-
no fuisse ait.* Quod autem
scripta auctoris obscurata, &
minus communi hominum
intelligentiæ patere exposita-
que esse videantur, ejus rei
causas alibi commemoraturi
sumus. Ufus, qui ex istis li-
bris

bris percipi potest, sanè maxi-
mauserit. Nam ex his inge-
niosi artifices exempla petere
solent. Ex hâc doctrinâ pru-
dentes permulta possunt ad
præclarum usum excerpando
colligere. Imò ne hâc qui-
dem utilitate caret, perspice-
re veritatem, & cernere,
quàm longè ab hâc aberrave-
rit vita humana. Hinc etiam
sagacibus egregiæ & luculen-
tæ cogitationes suppeditan-
tur. Sexcenta alia prætereo
sciens. His expositis, restat,
ut ad cognoscendam autoris
Politicam accedamus. Hanc
secundum vires nostras alicu-
bi contractiùs, alicubi diffu-
siùs, explicare studebo, ut hu-
jus Philosophi dogmata vo-
lentes

)(

lentes

lentes attendere liquidò per-
specturos esse confidam. Si
qua verò fugerint intellectum
meum, veniam mihi dabunt
doctiores, & studium diligen-
tiamq; boni consulent. Seqvar
autem in explicando octo Po-
liticorum libros methodum,
in meo compendio, quod in
vestris, amici, manibus est, o-
stensam. Faciam harum le-
ctionem initium futuro die
Mercurii, in auditorio mino-
ri, horâ nonâ, inq; id incum-
bã sedulò, ut, more mihi con-
sveto, quicquid promitto, ad
finem, fretus auxilio divino,
perducam. P. P. Dominicâ In-
vocavit anni salutis M. DC. LIV.

Michael Wendelerus
D. & P. P.

MORALIS PHI- LOSOPHIÆ STU- DIOSIS.

S. P. D.

Distribuitur Moralis Phi-
losophia vulgò in Ethicā,
Politicā & Oeconomicā,
pro triplici ratione virtutis,
quā imbui homo potest. Nam
ut privatim quis rectè vivat,
Ethicæ officium esse ajunt; ut
autem Reipubl. benè præsit,
Politica; ut denique rem
domesticā benè gerat, *Oeco-
nomica*. Quæ sententia est
*Ammonii, Eustratii, Jo-
hannis Damasceni, D. Tho-
mæ & Acciajoli*: item ex re-
centioribus *Francisci Tole-
ti, Michaelis Piccarti* ac
() (2 alio-

aliorum. *Averroes* eandem
in duas partes tribuit: unam,
quæ in genere doceat, quic-
quid ad summam felicitatem
facit, & libris, ad *Nicomachum*
scriptis, contineatur:
alteram, quæ ad specialia de-
scendat, & in octo Politico-
rum libris tradatur. De par-
te priori dicit, quòd se habe-
at ad posteriorem, sicut in
arte medicâ scientia de sani-
tate cognoscendâ ad alteram,
quæ est de sanitate tuendâ &
instaurandâ, morbisque cu-
randis. Ergò *Ethica* & *Pol-
itica*, secundum *Averroem*,
circa eadem fermè versantur,
sed illa communiora, hæc spe-
cialiora persequitur. *Aver-
roem* plerique cum *Piccolo-
mineo*

mineo hodiè sequuntur. To-
tam namque doctrinam Ethi-
cam, tanquam communem
quandam partem prudentiæ,
referri ad *Politicam*, indè
constat, quòd unus & idem fi-
nis tum *Ethica*, tum *Politi-
cæ* sit propositus. Nam quod
Ethicus in genere summum
bonum vocat, illud optimus
reipub. status est Politico. Lex
enim nihil aliud est, quàm
præceptum de virtute, publi-
câ imperantium autoritate
munitum. Non dicam, quòd
tota *Politica* id agat, ut, quod
rectum esse *Ethica* docet, id
in rempub. introducat, & se-
cundum præcepta *Ethica*,
quantum fieri potest, eandem
constituat. Hinc *Aristot. 1.*

) (3

Ethic.

Ethic. c. 2. pronunciat, unius
hominis & totius civitatis
unum idemque esse bonum.
Idem eodem loco totam Phi-
losophiam moralem appellat
Politicam, & capitæ *Magno-*
rum Moraliū primo *Ethi-*
cam vocat *Politicam*, quæ
circa mores versatur. Hunc
ergò in modum *Ethica* & *Po-*
litica differunt. Dicendum
præterea nobis erit de *Oeco-*
nomica, quæ nec disciplina à
cæteris specie distincta est,
nec pars partis, id est, *Politi-*
cæ, sed pars altera moralis
Philosophiæ specialis. *Oeco-*
conomicum autem certè id tan-
tùm est, quod finem *Oeco-*
micum spectat; finis verò ejus
sunt divitiæ, docente Philo-
sopho

sopho 1. *Ethic. c. 1.* Idcirco
quamvis *Oeconomica*, hoc
sensu accepta, peculiaris ars,
seu disciplina, fit, tamen Phi-
losophiæ pars non est, cum
huius sit munus, efficere, non
tam ut vivas, aut rem augeas
& opes acquiras, quam ut ac-
quisitis rectè utare. Quod
Oeconomicae tribuit *Tho-*
mas, & qui cum eo faciunt,
id ad Politicam pertinere in-
confesso est. Nam quid-
quid in familiâ administran-
dâ ad rectè ac honestè viven-
dum refertur, id omne pro-
priè loquendo non *Oecono-*
micum, sed *Politicum* est,
cum *Oeconomica*, ut *Tho-*
mas eandem accipit, non tan-
tùm eundem finem spectet,

)((4

quem

quem *Politica*, sed quoque
pro variâ *Politicae* formâ ali-
ter atque aliter se habeat. Ut-
ut autem utriusque statûs fi-
nis sit idem; non tamen uter-
que unâ operâ proponi com-
modè potest. Nam *familia-*
rum consideratio alia est *re-*
spectiva, alia *absoluta*. Hæc
illam non tollit. Priorem con-
siderandi modum ad *Politi-*
cam, posteriorem verò ad
Oeconomicam optimo refe-
rimus jure. Hinc sicut sta-
tus *Oeconomicus*, in se con-
sideratus, à statû *Politico*, si-
ne quo *Oeconomicus* esse po-
test, distingui debet: ita quoque
alia prudentia est *Politica*, a-
lia *Oeconomica*. Eandem
prudentiæ differentiam incul-
cans

cans *Aristoteles lib. 2. Ethic.*
c. 5. propterea, inquit, Peri-
clum atque hujusmodi viros
prudentes esse existimamus,
quia & quæ sibi & quæ a-
liis hominibus sunt bona,
possunt contemplari, eos au-
tem esse tales putamus, qui
familiares & civiles sunt.

His ita expositis, liquet, quid
inter *Ethicam & Politicam*
ac *Oeconomicam* intersit,
adeoque natura *Moralis Phi-*
losophiæ se prodit. Sit enim
Ethica pars prudentiæ, quæ
in genere agat de vitæ felici-
tate, mediisque, quibus ad
eandem homo pervenire pos-
sit; quæque postmodum ab
Ethico accepta ad rempubli-
cam

) (5

cam

cam Politicus traducat, ad
rem verò familiarem Oeco-
nomicus. Hæc de indole
moralis Philosophiæ, sub fi-
nem mearum lectionum, ju-
sto prolixius expono, ut qui-
licet auditorum percipiat in-
de, quomodo pars cum par-
te cohæreat, & quid sibi *Oe-
conomica*, ultimo tradenda
loco, velit. Hactenus enim,
quod nostis, *Ethicam* unâ
cum *Politicis* declaravi; re-
stat *Oeconomica*, ultima
moralis Philosophiæ pars. Quâ
ad finem perductâ, ad alia,
quæ non ita pridem promisi
sanctè, me convertam. Cra-
stino die horâ nonâ ad per-
sequendos mecum labores,
in auditorio minori, lati-
atq;

atque alacres convenite, & af-
ferte diligentiam ac attentio-
nem: ego, ut quotidie vobis
res, attentione dignæ, affatim
suppetant, providebo. Idque
eò magis, quod in hoc stu-
diorum genere tantum usque
à primis annis Academicis
studii posui, ut, nisi aliquid
expectatione vestrâ dignum
præstitero, recusare non de-
beam, quin hujus loci ampli-
tudine parum dignus habear.
P. P. XVI. Dominicâ post Tri-
nitatis, seu X. Septembris an-
ni recuperatæ per Christum
salutis M. DC. LIV.

Michae! Wendelerus
D. & P. P.

EXit, & in medium missus mox
deficit idem,

*Atq; operas semper postulat inde
novas; Sic*

*Sic liber est: at nunc quid sit, WEN-
DLERE, requiro,
Prelo quòd toties aestuat ille suo?
Scilicet ut studium caret omni sine le-
gentis:*

*Sic prelum finem nescit habere
suum.*

Collegæ pl. honorando

f.

*Johannes Ericus Oster-
mannus, P.P.*

*Q*uid vir bonus, quid civis & bo-
nus, docet

*WENDLERUS optimè viâ bre-
vissimâ,*

*Ut nemo doctius: juventa gnaviter
Præcepta morum, legumq; usq; og-
gerit,*

*Ducendo fastigia Boni ad Summi,
venit*

Felice ratione quâ vota ad sua.

*M. Nicolaus Pompejus, Mathe-
matum Inferiorum
Professor.*



I. N. J.

Proœmium in

PRACTICAM PHI-
LOSOPHIAM.

1. *Practica Philosophia,*
cujus elementa compendiosè pro-
posituri sumus, ita dicitur à *πράξις*
h. e., ab actione, cùm ratione finis
terminetur in operatione, & verse-
tur circa actiones hominum libe-
ras, quas secundum honesti & de-
cori normam informat.

2. *Subiectum informationis est*
hominis voluntas una cum appetitu.
Objectum vel est internum vel exter-
num. *Internum sunt affectus; Ex-*
ternum verò actiones hominum liberae
& voluntariae. *Finis* itidem vel in-
ternus vel externus est. *Internus est*
A *actio-*

actionum ad honestatem redactio;
Externus verò est felicitas civilis, ad
 quam omnes omninò hominum a-
 ctiones tendere debent.

3. Hinc talis Practicæ Philoso-
 phiæ emergit Definitio: Philoso-
phia Practica est pars Philosophiæ po-
sterior, quæ facultatem hominis appe-
tentem informat ut in actionibus per
omnes vitæ gradus Summum Bonum
adipiscamur ad benè beateq; viven-
dum.

4. Cùm autem actiones homi-
 num possint considerari, vel genera-
liter, quatenus virtuosæ dici debent,
 & specialiter, quatenus possunt esse
 actiones honestæ hominum, qui vel
 civiliter, vel domesticè, vivunt;
 hinc Practica Philosophia dividi-
 tur in partem generalem, quæ com-
 munia Practicæ Philosophiæ prin-
 cipia tradit, & specialem, quæ com-
 munia de moribus præcepta diver-
 sis

3
sis hominum statibus applicat. Partem priorem constituit *Ethica*, posteriorem *Politica* atque *Oeconomica*.

LIBER PRIMUS

De

ETHICA.

1. *Ethica*, (quæ ab Interpretibus ita dicitur, quòd Philosophus eandem $\pi\epsilon\rho\iota\ \tau\omega\nu\ \eta\theta\upsilon\nu$ esse & agere affirmet) objectum est homo, quatenus virtutibus est informandus, ut felicitatem in hac vitâ acquirere possit. Consequenter verò est occupata circa affectus & actiones humanas, quatenus in his honestas refulgere debet.

2. Subiectum vel est mediatum, ut *anima*, vel immediatum, ut *intellectus* & *voluntas*. *Ethica* utrumq; perficit, dum intellectum cognitione præceptorum imbuit, & voluntatem ad rectè agendum reddit expedi-

4

peditam, ut bonum eligat, fugiat-
que malum.

3. Finis est vel internus vel exter-
nus. Internus est hominem bonis
informare moribus, ut affectibus
injiciat frænum, regat appetitum,
eumq; sibi subjiciat. Externus est
hominem civiliter beare, & viam
ad summam felicitatem monstra-
re. Præter hunc finem, quem essen-
tialem appellare solent, etiam acci-
dentalis dantur.

4. Hinc Ethicæ Definitio: Ethi-
cæ est pars Practicæ Philosophiæ gene-
ralis, quæ liberas hominis actiones in
genere dirigit, ejusq; animum per vir-
tutes ad Summum Bonum consequen-
dum informat.

5. Duæ sunt Ethicæ partes: Eudai-
μολογία & Αρετολογία; quia duo
in hac disciplinâ principaliter sunt
observanda, finis nimirum, & ea,
quæ ad finem ducunt. A fine, qui
magis

magis notus est, ad media, tanquam
magis ignota, ordine, quem Analy-
ticum appellant, progredimur.

SECTIO PRIMA.

De

Ευδαιμονολογία, seu Sum-
Bono, atq; iis, quæ eidem an-
nexa sunt.

CAPUT I.

De

Summo Bono.

I. Bonum Philosophicum respec-
tu finis, ob quem appetitur, est vel
honestum, vel jucundum, vel utile.
Illud per se expetitur; duo postero-
ra per accidens, hoc est, vel propter
utilitatem, vel jucunditatem. Ho-
nestum vel est *Theoreticum*, quod
circa res divinas & necessarias oc-
cupatum in speculando consistit,
atque intellectum perficit: vel *Præ-
cticum*, quod in agendo consistit, &

A 3

volun-

voluntatem perficit. Hic loci ultima acceptio habet locum.

2. Prima Summi Boni causa est Deus, lib. 1. Eth. c. 9. cujus donum est, ut reliqua bona; proxima autem adspexatio & disciplina. Ad disciplinam pertinet, ut quid bonum, quid malum, quid sequendum in vitâ, quidque fugiendû sit, cognoscatur non perfunctoriè, sed accuratè. Sed nec scientia sufficit, nisi exercitatio accedat, eaq; diurna, imò perpetua.

+ 3. Summi Boni Subiectum est solus homo, qui secundum virtutes perfectè agit. Hinc neq; in bestias, nec in pueros cadere statuit Aristoteles 1. Eth. c. 9. Non prius; quia cum ratione destituantur bestia, non possunt agere secundum virtutes. Non posterius ob duas rationes: 1. Quia licet ratione non prorsus destituantur pueri, ut bestia; tamen

tamen propter ætatis imbecillitatem carent usu rationis; atq; ideò non sunt idonei ad actiones virtutum obeundas, ad quas requiritur, rectum iudicium, certa voluntas, & firma electio. 2. Quia pueri sunt ætate imperfecti. Ad felicitatem autem requiritur virtus perfecta in vitâ perfecta.

4. Natura Summi Boni partim ex definitione, partim ex essentialibus affectionibus, quæ passim à Philosopho traduntur, cognosci poterit. *Lib. 1. Eth. c. 2.* describitur, quòd sit actio anime rationalis secundum virtutem optimam & perfectissimam in vitâ perfecta.

5. Quòd sit actio, inde constat; quia uniuscujusq; rei, ad operationem destinatae, ultima perfectio in operatione, quæ cuivis rei est propria, consistit. Quod ipsum Philosophus *l. 1 Eth. c. 7.* probat inducti-

one tùm singularum partium cor-
poris humani, manuum, pedum,
oris; tùm opificiorum, tibicinis
statuarii, fabri atq; aliorum: quæ
tunc perfecta dicimus, cùm mune-
re suo, ad quod ordinata sunt, fun-
guntur perfectè.

6. Additur, quòd sit operatio ani-
mæ rationalis. Quamvis Summum
B. ad totum pertineat hominem,
 rectè tamen operatio animæ voca-
 tur; quia non à corpore principa-
 liter, sed ab anima, tanquam princi-
 pio actionis, dependet, & homini
 non respectu corporis, sed animæ,
 attribuitur. Deinde cùm anima
 hominis plures facultates habeat,
 dicitur operatio animæ rationalis,
 ut vegetativæ & sensitivæ animæ
 removeantur proprietates.

7. Differentia exprimitur his
 verbis: Secundum virtutem optimam
& perfectissimam in viâ perfectâ.

Per

Per optimam & perfectissimam virtutem intelligimus omnes & singulas virtutes. Cùm autem omnes virtutes in unum hominem non cadant; hinc unaquæq; virtus censeatur optima, quæ cum hoc vel illo Individuo est primùm inchoata; deinde longo usu crebrisq; confirmata actibus præstat virtutibus reliquis.

8. Per vitam perfectam innuitur perfectio ætatis & durationis. Ætatem oportet esse eam, in quâ sit confirmatum iudicium. Ratione durationis non una vel altera actio ad beatitudinem sufficit, sed constans & continuum ad vitæ usq; habitum virtutis exercitium.

9. Essentiales Summi Boni proprietates ab Aristotele traduntur variæ. Summum B. debet esse 1. Domesticum, hoc est proprium ejus, qui possidet. l. 1. c. 5. 2. Difficulter

mobile, ibidem. 3. Sui communicativum, l. 1. Eth. c. 10. non tantum effective, sed & subjective, non quoad actum possidendi, sed quoad potentiam communicandi. 4. Quod acquiri & agi potest, l. 1. c. 6. 5. Sufficiens, l. 1. c. 7. Quæ ad præsentiam est vel interna, vel externa. Illa ad S. B. causam, hæc ad ejusdem splendorem pertinet. 6. Divinum l. 1. Eth. c. 9. Tale dicitur tum quia à DEO est, tum quia proximè ad DEUM accedit. 7. Honorabile l. 1. Eth. c. 10 partim quia est præstantissimum quid, & omni laude majus; partim quia est principium & causa omnium reliquorum bonorum. Omnia namque bona prout vel plus vel minus ad felicitatem acquirendam faciunt, ita etiam vel magis vel minus bona dicuntur.

10. S. B. opponitur Summum Malum, quod est actio improba, prodicens

*S. supra
Hoer.*

*ens ex vitio perfecto, secundum omnem
vitiatorum rationem, in vita perfecta.*

*Arist. l. 9. Eth. c. 4. ait, improbum
hominem vehementer esse mise-
rum, & nec aliis, nec sibi esse ami-
cum, cum in semetipso nihil ama-
bile habeat.*

CAPUT II.

De

Bonâ Conscientiâ & hone-
stâ Voluptate.

1. Effectus S. B. immediatos sta-
tuimus bonam conscientiam &
honestam voluptatem, eò quòd
ex S. B. Essentia, tanquam ex cau-
sâ immediatâ, fluant, illudq; semper
consequantur, adeò ut, ubi Sum-
mum B. est, ibi simul sint & bona
conscientia & honesta voluptas.

2. Bona Conscientia est rectè co-
gitatorum, dictorum factorumq; in-
dubitata notitia & recordatio, consi-

fit q̄, ejus actio in excusando. Genus est notitia, conjuncta cū recordatione. Quod ipsum ipsa nominis impositio arguit. Ut enim scientia notitiam, ita conscientia scientiam essentialiter includit. Hæc notitia conjuncta est cum recordatione præteritorum.

3. Proprium est, quòd hæc notitia & recordatio sit indubitata. Hinc oriuntur requisita: 1. *Testari de innocentia.* 2. *Absolvere à culpâ & pœnâ.* 3. *Excusare & defendere.* 4. *Solari, cū benè agendo audimus malè.*

4. Objectum sunt cogitata, dicta & facta bona. Subjectum est vir bonus, cui convenienter inest. Effectus est hominis animum bonum efficere & tranquillum. Bonæ conscientia opponitur mala, Oppositione nimirum Privativâ. Mala enim conscientia debitæ perfectionis carentiam involvit.

5. Volu-

5. Voluptas honesta est, quam homo ex virtutis actione percipit. Sumitur hîc in sensu conjuncto, quatenus cum rectâ conscientia simul importat rectâ factorum notitiam, atq; inde manantem lætitiâ cordis.

6. Huic opponitur voluptas turpis. Ut enim sibi adversantur mala & bona conscientia, sic etiam honesta & turpis voluptas, *Oppositione nimirum Privativâ.* Quamvis autem ex malâ operatione oriatur, nō tamen sub ratione mali insinuat sese animo agentis, sed sub specie alicujus boni.

7. Hæc ipsa voluptas est vicina tristitiæ, quatenus accipitur in sensu morali, estq; viri improbi passio ex malâ actione resultans. Duo autem diligenter hîc loci sunt observanda: 1. Malam operationem sequi tristitiâ, non efficienter, sed deficienter. 2. Tristitiâ sequi, non semper

14

per immediatè, sed vel mediatè,
vel immediatè.

CAPUT III.

De Bonis Summū Bonum
concomitantibus.

1. Bona S. B. concomitantia
sunt, quæ per accidens cum eo con-
junguntur, quibus illud neq; perfici-
tur, neq; augetur, sed tantum il-
lustrius redditur.

2. Hic loci notandū est: 1. S. B. con-
siderari posse vel quoad *Essentiam*,
vel quoad *Existentiam*. Non priori,
sed posteriori modo, consideratum
S. B. bonis externis indiget. 2. Dis-
crimen inter *S. B.* & *Felicitatem*. S. B.
est primum inter omnia bona, quæ
homini obtingere possunt; Felici-
tas autem non tam unum bonum
dicit, quàm, ut ait *Cicero S. Tuscul.*
quest. secretis malis omnibus cumu-
latam bonorum complexionem.

3. Dividuntur in *Externa* & *In-*
ter-

terna. Interna sunt vel vitæ, ut
Libertas, vel corporis ut Sanitas.
Externa dividuntur in res, ut sunt
Divitiæ & Dignitas, & personas, ut
sunt Amici.

4. Libertatem definimus ratio-
ne instituti nostri, quòd sit facultas,
quâ quis facile & expeditè actiones
virtutis omni loco & tempore, nec non
in omne objectum sine impedimento
exercet.

5. Libertati opponuntur ma-
xima S. B. impedimenta, Servi-
tus nimirum & Captivitas. Ut au-
 tem libertas est nomen virtutis, ita
 servitus malitiæ. Ubi hæc est, ibi S. B.
 esse nequit. Eodem modo captivi-
 tas obest S. Bono. Nam qui captus
 est, is cum sui juris non sit, neq; ubi
 vult, neq; quando vult, neq; in eos,
 in quos vult & prudentia svadet,
 virtutum actiones edere potest.

6. Sanitas consistit in bono o-
mnium

mnium humorum & partium corporis temperamento, & in recta aptaq; conformitate membrorum. Ad hanc ipsam quando accedit coloris suavitas, oritur pulcritudo, admodum nobile virtutis exercendæ instrumentum.

7. *Divitiæ* requiruntur ad *S. B.* ut *instrumenta virtutis* tum acqvirendæ, tum exercendæ. Cum autem bonitas instrumenti tantum ab usurpatione dependeat; hinc divitiæ per se nomine boni moralis non sunt dignæ.

8. *Dignitas* est *eminentia unius hominis propter virtutem.* Dividitur in *Generalem & Specialem.* *Generalis* est, quæ in genere omnibus hominibus propter virtutem assignari potest; estq; vel *major*, vel *minor.* *Major* est dignitas, cum magno & excellenti tam gradu virtutis, quam numero illorum, quæ tan-

tantam dignitatem merentur, conjuncta.

9. Hæc iterum vel est *Honor* vel *Gloria*. *Honor* est dignitas, quæ à viro prudēti & virtuoso per certa signa, magnâ cū reverentiâ, exhibetur illi, qui multis meritis atq; excellenti virtute in Repub. fulget. *Gloria* est dignitas, quæ consistit in consensu, approbatione & communi opinione probitatis & meritorum alicujus.

10. Dignitas minor est, quæ alicui ob gradum virtutis minùs excellentem tribuitur; estq; vel *Laus* ob habitum virtutis à paucioribus profecta; vel *Fama*, ob integritatem vitæ ab aliis etiam non bonis orta. Dignitas specialis dicitur *Nobilitas*, de quâ infrâ in Politicis.

11. Amici ad felicitatem summè necessarii sunt; siquidem nullus rerum

rum

rum prosperarum effectus esset, nisi homo haberet, cum quibus communicaret prospera. Imò in utraq; fortunâ indigemus amicis. In secundâ requiruntur propter convivium, recreationem, atq; exercendam liberalitatem; in adversâ propter solatium & mutuam opem.

SECTIO II.

De

Ἀρετολογία,

seu

Virtute in genere & in specie.

CAPUT I.

Virtute in genere.

I. Virtus est habitus animi, qui informat mentem humanam, ut verum perfectè cognoscat, & bonum constanter eligat & faciat. Virtus in tantâ latitudine hîc describitur ob
 pru-

prudentiam, quæ morales virtutes dirigit, ut hæc descriptio etiam virtutibus intellectualibus competat.

2. Dividitur ratione Subjecti in Intellectualem & Moralem. Illa hominis perficit intellectum, ut verum perfectè cognoscat; hæc appetitum, ut bonum constanter & eligat & faciat. Virtus Moralis præcipuè ac principaliter hîc consideratur.

3. Virtus moralis l. 2. Eth. c. 6. definitur, quòd sit habitus electivus, in mediocritate quoad nos consistens & ratione definitus, prout vir prudens eam definirèt. Genus virtutis est habitus; quia usu paratur, ex electione agit, adeoq; nostræ potestati subjacet. Deinde dicitur habitus electivus, hoc est, cum proposito & diu multumq; deliberato consilio susceptus, scilicet quando ad operationem tendit. Omnis enim
habi-

habitus electivus presupponit, quod sit practicus. Electionem autem perfectam intelligas necesse est.

4. Cætera definitionis verba Differentiam constituunt. Virtus dicitur *in mediocritate consistere*, quatenus moderatur affectus atq; actiones dirigit. Ita autem dirigit, ne vel sint nimii, vel planè nulli, sed ut ad medium reducat. Dicitur consistere in *mediocritate quoad nos*.

5. Mediū est vel Rei, sive Arithmeticum, quod secundum Proportionem Arithmeticam ab utroq; extremo æqualiter distat; vel Persona, sive Geometricum, quod secundum Geometricam Proportionem uni extremorum vicinior est, ab altero verò remotius distat. Medium Geometricum non spectat æqualitatem simpliciter, sed tantum similitudinem pro circumstantiarum varietate; estq; illud ipsum, quod in
vir.

virtutis actionibus accommodat
 sese circumstantiis, adeoq; hinc loci
 observari debet.

6. Appellatur *habitus ratione definitus*, sicut *vir prudens eam definirer*.
 Quæ verba ostendunt virtutis regulam, hoc est, rectam rationem, secundum quam virtus in tantâ varietate circumstantiarum mensurari debet. Hæc in se complectitur principia practica, nobis connata, facultatem rectè judicandi, & prudentiam longo usu acquisitam.

7. Causam virtutis Efficientem
 dividunt in principalem & minus principalem, & principalem in remotam & proximam. Illa est Deus; hæc verò actio humana, & ea quidem crebra. Quæ actio ut virtuosa dici possit, certa requirit principia, de quibus caput subsequens agit. Ad causam remotam cum nonnullis referimus *temperamentum corporis*, ex
 quo

quo causa virtutis pendet : quam
Arist 10. *Eth. c. 9.* & alibi *εὐφροσύνην*,
 hoc est, *bonam indolem* vocat.

8. Minus principalis est vel in
 homine, vel extra hominem. In ho-
 mine est naturalis ad virtutem im-
 petus, quem *Φυσικὴν ἀρετὴν*, h. e.
naturalem virtutem appellant

9. Extra hominem est cura,
 quæ vel est aliena, vel propria.
 Alienam consistit in educatione, ad
 quam pertinet disciplina domesti-
 ca, seu informatio. Propria, seu
 nostra, cura est moralium præce-
 ptorum applicatio, usurpatio, &
 secundum virtutem instituta actio.

10. Finis est honestum, quod
in actione cernitur, vel ipsa sum-
mæ Felicitatis consecutio. Effectus
 sunt : 1. Imperfectionem, hoc est,
intemperiam affectuum tollere.
 2. Appetitum circa voluptates &
dolores temperare, ne jucunda ni-
mium

mium appetat, aut ea, quæ mole-
stiam afferunt, fugiat. 3. Hominem
ad agenda ea, quæ honesta sunt,
promptumfacere, adeoq̄ civilibus
actionibus perficere.

ii. Subiectum virtutis est volun-
tas, & certo modo etiam appetitus.
Objectum vel est internum, ut affe-
ctus, vel externum, ut sunt omnium
virtutum Objecta. Forma est me-
diocritas, seu medium personale.
Ad hujus inventionem pertinent a-
ctiones non tantum in genere, sed
etiam circumstantiæ, utpote agens,
quod agitur, in quod agitur, quo
instrumento, quomodo, cuius fi-
nis gratiâ, quando, ubi, coram,
quo & quamdiu.

12. Virtutis affectiones sunt Bo-
nitatis moralis, & mediocritatis la-
titudo. Bonitas moralis est congru-
entia cum rectâ ratione. Recta ra-
tio est rectum intellectûs iudicium.
de

de re, quæ vel naturaliter nota est, vel ex principiis naturaliter notis legitimè sequitur, atque ex principiis & lege naturæ oritur. Nam quicquid intellectus tam theoreticus, quàm practicus cognoscit, illud sunt vel principia vel conclusiones. Altera virtutis affectio est mediocritatis latitudo, quæ in eo consistit, quòd more aliarum qualitatuum magis & minus recipiat.

13. Virtus variè dividitur. Cum primis divisio est nobilis, quòd sit vel *perfecta*, vel *imperfecta*, ut *Continentia* & *Tolerantia*, vel *perfectissima*, ut *Virtus Heroica*. Perfecta ratione Objecti iterum subdividitur in *Fortitudinem*, *Temperantiam*, *Liberalitatem*, *Magnificentiam*, *Modestiam*, *Magnanimitatem*, *Mansuetudinem*, *Virtutes Homileticas* & *Justitiam*.

14. De virtute in genere egimus; nunc

nunc res ipsa monet, ut de naturâ vitiorum nonnihil dicatur, cum virtus omnis inter duo vitia, aut extrema, medium aliquid sit. Hoc autem rectius cognosces, si etiam vitiorum naturam noveris. Primum autem ostendendum erit, quid sit vitium: deinde quomodo inter se distinguantur: & tertio quomodo opponantur, tum virtuti, tum inter se.

15. Vitium est habitus eligendi ea, quæ à mediocritate aberrant, sive id excessu, sive defectu, fiat. Initiò hîc notetur discrimen inter *habitum, actionem & proclivitatem malam*. Proclivitatem malam vocat Ethicus, cum ad id naturâ ferimur, quod ex lumine naturæ cognoscitur, malum esse. A proclivitate oriuntur actus mali, qui cum crebrò repetuntur, gignunt promptitudinem malè agendi. Quæ nova promptitudo, naturali potentiæ superveniens, ha-

B bito

bitus vocatur malus. Actus mali sunt non solum ii, qui antecedunt habitum malum, atq; vitium producant, sed etiam isti, quos habitus vitiosi postmodum procreant.

16. Porro nota, quod habitum electivum constituent duo: 1. quando quis consulto & plane deliberato animo mala perpetrat, & malis actionibus assuescit 2. Quando turpe non tantum delectat, sed quoque placet.

17. Tandem notabis, eligi ea, quae a medio aberrant excessu & defectu. Ubi duo observa: 1. Excessum & defectum esse aestimandum ex natura ejus mediocritatis, quae virtuti propria est. 2. Excessum & defectum interdum & quidem plerumque duo diversa vitia constituere, interdum unum. Uno vitio comprehenduntur tam excessus quam defectus, quando una & eadem actio plus & minus habet, ut in *Injustitia*; duobus vitiis, quo-

quoties distinctæ actiones sunt, quarū una tantum excedit malum, altera tantum deficit, sicut fit in reliquis vitiis.

18. *Distinctio vitiorum sumitur vel ab Objectis, vel à Subjectis.* Vitia, quæ diversis virtutibus adversantur, actionum suarum Objectis differunt; quæ verò uni & eidem virtuti, Subjectis. Ita Injustitia & Avaritia differunt, quòd altera circa pecuniam erogandam, altera circa bona commutanda & distribuenda versetur. Audacia & Timiditas discrepant quòd illa peccet, dum parum metuit, hæc verò, dum multum.

19. *Vitia opponuntur primò inter se, & deindè virtuti.* Inter se opponuntur *Contrariè*. Nam quemadmodum inter duos actus malos, qui sub uno & eodem genere longissimè distant, *Contraria Oppositio* est: ita etiam inter duos habitus, qui principia sunt actionum.

B 2

vicio

vitio sunt duo : *materiale*, seu actus, & *formale*, seu inordinatio istius actus. Oppositio fit non ratione formalis, sed materialis, hoc est, non quatenus sunt vitia, aut aberrant à medio, sed quatenus sunt actus & qualitates longissimè distantes.

20. Vitia opponuntur virtuti privativè. Sicut enim virtus est principium actionum, quæ honestati sunt conformes : ita vitium est principium actionum, quæ honestati adversantur. Ergò cum virtus, quatenus virtus, ponat illud, quod vitium, quatenus vitium est, aufert ; virtus quoque, quatenus virtus, & vitium, quatenus vitium, privativè inter se opponuntur.

21. Hic una atque eadem res uni contrariè, alteri privativè opponitur, propterea quòd vitium purè positivum, aut purè privativum non fit, sed utrumque participet.
Hinc

Hinc sit, ut istud, quod positivum
in vitio est, fundamentum sit con-
trarietatis, istud verò, quod privati-
vum est in vitio, fundamentum sit
Oppositionis Privativæ.

CAPUT II.

DE

Humanarum actionum principijs.

1. Causam virtutis proximam
esse actionem humanam eandemq;
crebram, diximus suprâ. Porro hæc
actio, ut possit dici virtuosa, opus est
nonnullis principijs, seu requisitis,
quorum ab *Arist. 3. Eth. c. 1.* quinque
numerantur: *Spontaneum, Electio,*
Consultatio, Voluntas & Libertas, seu
Liberum Arbitrium.

2. Spontaneum est, cujus princi-
pium est in ipso agente, & sciente sin-
gulas actionis circumstantias. Duo
ad spontaneum requiruntur: 1. ut
principium non adveniat externe
aut cogat, sed sit in agente, scilicet

ratione dominii & directionis: 2. ut
agens omnes actionum circumstan-
tias sciat.

3. Spontaneo opponitur Invi-
tum, quod quispiam vel vi coactus,
vel per ignorantiam admisit. Cùm
autem spontaneum sequatur vel na-
turam rerum, vel cognitionem;
hinc invitum vel est violentum, vel
per ignorantiam.

4. Violentum est, cujus princi-
pium est extra agentem, ita ut is, qui
agit, vel patitur, plane nihil ad actio-
nem conferat. Hic tria requirun-
tur: 1. ut principium illud, quod mo-
vet vel ad agendum vel patiendum,
foris sit: 2. ut illud principium sit sa-
tis validum ad perficiendum mo-
tum: 3. ut patiens nihil adjumenti
ad actionem conferat.

5. Violentum est vel simpliciter
tale, vel secundum quid. Illud explica-
vimus; hoc est, cùm quis metu ma-
joris

Invitum
plena
in melior
scilicet
fieri
impleta
dum bono
ante caput
S. uerit
Invis vo
tab. 5. o.
Neg. quæ
Aly mul.
implect

joris mali vitandi, vel spe majoris boni consequendi, vel aliâ necessitate urgente ad aliquid, quod nunquam aliàs fecisset, suscipiendum agendamq; movetur.

6. Hinc tertia actionum humanarum oritur classis, quas *Mistas* appellant, cum partim voluntariæ sint, partim invitæ. Hæ vel simpliciter, vel respectu finis & circumstantiarum considerantur. Hoc modo magis sunt voluntariæ; illo autem magis invitæ. Quatuor mistarum actionum numerantur genera. Quædam laudē, quædam reprehensionē, quædam veniam & excusationem, quædam neq; excusationē neq; veniam merentur.

7. Invitum per ignorantiam dicitur, cujus principium est ignorantia singularum actionum, eumque, qui fecit, postea pœnitet. Observabis, nonnullos discrimen inter ignorantiam & nescientiam facere,

(B 74)

ita

ita ut ignorantia notet privationem,
nescientia verò negationem.

8. Ignorantia dividitur: 1. in pu-
ram & affectatam. 2. in eam, quæ ju-
ris est (aliàs universalis vocatur) &
facti (aliàs particularis) 3. in eam, quæ
quis ignorans, & quæ quis per ignoran-
tiam agit

9. Ignorantia pura est, quæ habet
subsequentem dolorem aut pœni-
tentiã. Affectata est, quæ subsequen-
tem dolorem aut pœnitentiam non
habet.

10. Ignorantia juris est, quando
quis honestatem, finem & utilita-
tem actionis, jus civitatis, aut officii
partes ignorat. Ignorantia facti
est, quando ignoramus singulas cir-
cumstantias, in quibus totius actio-
nis vis præcipuè consistit, quasq; a-
gens ante actionem prævidere aut
præcavere non potuit. *Arist. lib. 3,*
Eth. c. 1. numerat octo: *Rei, Subje-
cti*

cti, Objecti, Loci, Temporis, Instru-
menti, Cause Finalis & Modi agendi.

Dividuntur in *principales*, ut sunt
res ipsa & finis; & *minus principales*,
ut reliquæ omnes.

11. Ignorans agere dicitur, qui eo
ipso actu, quo agit hoc, ignorat qui-
dem, quid agat, sed tamen illa igno-
rantia non est causa actionis, sed a-
liud quiddam, quod ignorantiam in-
duxit. Per ignorantiam agere is di-
citur, cui simpliciter ipsa ignorantia
fuit causa actionis, ita quidem, ut nisi
accessisset ignorantia, actio nun-
quam fuisset suscepta.

12. Ignorantia juris factum non
reddit invitum, neque meretur ex-
cusationem aut veniam; quia
causa delicti non est ignorantis, sed
voluntariæ agentis. Ignorantia fa-
cti, quam non excipit pœnitentia,
factum non reddit invitum; quam
verò sequitur pœnitentia, & factum
B 5 reddit

reddit invitum, & veniam meretur.
 Ratio prioris est, quia hinc colligitur, voluntatem faciendi ignorantiam fuisse occultatam, non verò planè defuisse: posterioris verò ratio est, quòd causa delicti non sit in agente, sed circumstantiis, quas agens ignoravit.

13. Facta priora nec voluntaria, nec invita, sed non voluntaria vocantur, hoc est, talia, quæ præter voluntatem hominis contingunt. Huc pertinet distinctio inter *velle, nolle, & non velle.* Velle & nolle sunt contraria; velle verò & non velle sunt privantia.

14. Ea, quæ quis ignorans fecit, invita dici non possunt, neque veniam merentur, quòd cum tali ignorantia perpetuò sit conjuncta *πεγαίρεσις*, eum agens suam sibi hanc ignominiam conciliaverit culpam,

15. Alterum virtuosæ actionis requisitum à Philosopho *l. 3. Eth. c. 2.* dici-

dicitur Electio, quæ est præmeditata L
appetitio eorum, quæ in nostrâ potestate
sunt, aut per nos fieri possunt. Dicitur
 præmeditata appetitio, ne si-
 ne consilio ad actiones festinemus.
 Additur: eorum, quæ à nobis fieri pos-
sunt: ut excludantur impossibilia, quæ
 in nostrâ potestate non consistunt.
 Impossibilia aliquis vult, sed non
 eligit.

16. Tertium virtuosæ actionis requi- Y
 situm est Consultatio, l. 3. Eth. c. 3. quæ
 est diligens inquisitio mediorum, per
 quæ in agendo ad finem propositum per-
veniri posse videtur. Hic notetur
 Consultationis Objectum & Modus.
 Objectum nominatur βουλευτόν, hoc
 est, consultabile.

17. Consultabilia sunt negotia hu-
mana, in vitâ agenda, in nostrâ po-
testate sita, non nihil incerta, & qui-
dem tantum ea, quæ non sunt fines,
sed media, & ad nos proprie pertinet;

B

o

qui-

quibus consequendis efficiendisque nos ipsi aliquid præstare possumus, vel posse videmus. Excluduntur æterna, naturalia, aliena, fortuita, præterita, & quæ per se sunt certa & manifesta.

18. Modus consultandi consistit in initio, medio & fine. Initium vult, ut in rebus arduis consiliorum adsciscamus socios, quos oportet esse bonos, prudentes, nobisq; amicos & certum nobis proponamus finem, ne consultatio fiat frustra.

19. In medio, sive consultatione, sunt *media & mediiorum usus*. Circa media occurrunt tria: *numerus, qualitas & delectus*. Media pauciora sunt præferenda pluribus, cum in his facilius, quam in illis, possimus decipi. Qualitas in hoc consistit, an sint licita, vel illicita, honesta vel turpia, facilia vel difficilia, possibile vel impossibile. *Delectus* svadet, non
tan-

tantum pauciora pluribus, sed & licita illicitis, honesta turpibus, faciliora difficilioribus esse præponenda.

20. Circa mediolorum usum observabitria: 1. Media eò usq; investiganda esse, donec ad ultimum aliquod, sine quo cætera non possunt esse, pervenias, à quo initium actionis faciendum est. Nam quod in deliberando est ultimum, id in operatione est primum. 2. Videndum est, utrum negotium per nos solos effici possit, annon 3. Prospiciendum erit de commodis instrumentis.

21. Circa finem perpende, num negotium per nos & auxilia nostra fieri possit, an minus. Si est humetis impar, desiste, cum insania sit, supra vires aliquid suscipere. Si verò per nos nostros q; peragi potest, maturanda est actio, sed prudenter, ut & nimia festinatio vitetur, & mora, nimis proli-

prolixa, rescindatur. Occasionis autem, cujus in actionibus magna vis est, cum primis diligens habenda est, ratio.

4 22. Quartum virtuosæ actionis requisitum dicitur Voluntas, quæ hîc sumitur non pro ipso actu primo, sed secundo. Est autem voluntas boni cum ratione appetitio. Objectum ejus est bonum, non tantum verum, sed etiam apparens. Actus vel est elicitus, qui immediatè ab ipsâ voluntate elicitur; vel imperatus, qui à quâcunq; alia producitur potentia, quæ hunc actum ad voluntatis præscriptum ordinat.

5 23. Libertas deniq; seu Liberum Arbitrium, est facultas hominis, quâ arbitrato nostro ad finem tendimus, ut aliquid agere, vel non agere, possimus. Non autem est actus ab ipsâ animâ transiens, sed res quæpiam in eâ permanens, & quidem potentia,

tia, non universalis, sed particularis, in solâ hominis voluntate hærens, vel ipsa potius voluntas. Libera est voluntas quoad Objectum speciale & actus.

CAPUT III.
DE
AFFECTIBUS.

I. *Affectus est passio appetitus sensitivi, orta in corde ob notitiam objecti, vel boni, quod prosequitur, vel mali, quod fugit.* Quæ definitio nudos animi motus, atque ea, quæ his per se tantum insunt, non autem ea, quæ motui accidunt, complectitur, cum hæc duo sint distinctissima. Omnes animi motus, sive excurrant, sive in officio contineantur, conveniunt inter se, quatenus sunt motus: quod autem excurrant, competit illis, non quatenus motus simpliciter, sed quatenus motus vitiosi sunt.

2. Duo

2. Duo hîc diligenter sunt observanda: 1. aliud esse, dicere, affectus non esse bonos & malos moraliter, quatenus affectus sunt, & aliud, dicere, affectus nullo modo esse bonos, vel malos moraliter. Prius est verum, posterius falsum. Nam ut multæ actiones sunt malæ, & nulla tamen earum est mala, quatenus est actio: ita etiam affectus mali esse possunt, neq; tamen mali sunt, quatenus sunt affectus. 2. Recenseri inter affectus nonnulla sæpè, quorum ipsa nomina indicant pravitatem aut bonitatem quandam, ut ait *Arist.* l. 2. *Eth. c. 6.* Ejusmodi sunt, *invidia*, *Ἰνιδία*, *emulatio*, *impudentia*, *pietas erga parentes*, *Ἐσφοπὴν* *parentum* *in libros.*

3. Sedes affectus est *anima sentiens*, non autem ejus facultas *cognoscitiva*, sed *appetitia*. Hoc patet, quia sæpè motus in animo surgunt nobis *invitis*

vitis; quod fieri non posset, si affectus in voluntate essent.

4. *Objectum* vel est *bonum*, vel *malum*, cum non unum, sed duos, è diametro oppositos, in nobis deprehendamus alterandi modos: & quo objectum appetimus, & quo illud ipsum fugimus. Circa bonum versantur affectus, quòd unaquæq; res inclinetur ad aliquid sibi conveniens, quod est ens, adeoq; bonum; circa malum verò, non quatenus tale, sed sub ratione boni. Bonum autem & verum & apparens intelligimus. Nam voluptates non semper cupimus ex bono vero, sed quandoq; etiam ex apparente. Ita quoq; tristitiâ afficimur non semper propter malum verum, sed etiam apparens. Ex bono voluptas ejusq; comites, ex malo dolor ejusq; species oriuntur.

5. Quidam affectus pertinent ad appetitum concupiscentem, quidem ad irascentem.

irascentem. Ad appetitum concupiscentem, quatenus est in motu, pertinet amor, desiderium, concupiscentia & cupiditas, odium & averfatio; quatenus verò idem tendit ad quietem, ad eundem pertinet gaudium & delectatio, dolor & tristitia. Ad irascentem pertinent spes & desperatio, timor, audacia & ira.

6. Amor nihil aliud est, quàm bonum aliquod appetitui sensitivo placens. Differt 1. à dilectione, quæ est in voluntate & cum electione fit. Huc etiam caritas, tanquam dilectionis species, pertinet. 2. Ab amicitia. Amicitia in bonum honestum, amor verò in utile & jucundum fertur, imò in res etiam inanimatas. Odium est repugnantia appetitûs adversus id, quod apprehendimus, orta ex incongruitate rei apprehensæ cum appetitu. Concupiscentia est
 appe-

appetito ejus, quod delectationem sensibus creat. Huic opponitur fuga, seu adversatio rei. Delectatio fit, quando sensus cum bono suo jungitur, idq; percipit. Delectatio & gaudium differunt. Illa exteriorem rei apprehensionem, gaudium interiorem sequitur. Dolor delectationi, tristitia gaudio opponitur.

7. Spes est appetitio boni futuri, quod consequi possumus, cum difficultate conjuncta. Hinc patet, quid sit desperatio. Audacia est motus, qui nos promptos ad aggrediendum, quod speramus, reddit. Timor, seu metus, oritur ex imaginatione futuri mali, aut ejus, quod ludere nos potest. Ira est appetitio vindictæ cum dolore conjuncta.

CAPUT

CAPUT IV.

DE

FORTITUDINE.

1. Fortitudo est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa metum & fiduciam. Quæ definitio ex l. 2. c. 7. & l. 3. c. 6. desumpta est.

2. Objectum est vel internum, ut metus & confidentia, vel externum, res ipsæ, quæ metum & confidentiam afferre possunt, ut fiducialia & terribilia. Quod objectum docendi gratiâ dividi potest in generale & speciale. Generale in primarium & secundarium. Primarium sunt terribilia, seu formidabilia, h. e. omnis generis mala. Formidabilia vel sunt supra hominem, in quibus fortitudo locum non habet, cum majora sint, quàm ut ab homine sustineri possint; vel secundum hominem, quia ab homine superari possunt. Deindè sciendum est, quòd

quòd hæc mala vel *metui*, vel *non me-*
tui possint. Metui possunt, quando
 nostrâ nobis contingunt culpâ; non
 metui possunt, quando nostrâ nobis
 non contingunt culpâ. Horum alia
 sunt majora, quæ magis terrent; alia
 minora, quæ minus. Objectum se-
cundarium sunt *fiducialia*, quæ vel
 sunt *supra hominem*, ut auxilia divina;
 vel *secundum hominem*, h. e. talia,
 quæ in rebus adversis confidentem
 faciunt hominem. Speciale est *mors*
cum primis bellica, cùm vir fortis in-
 de & laudem reportet, & ad cives re-
 dundet utilitas.

3. Forma Fortitudinis ex actibus e-
 jus conspicitur, quorum duo sunt :
sustinere & aggredi pericula. In his
 fortis est primò impavidus, non ut
 lapis, sed ut homo. Deindè adit
 pericula, non quævis, sed honesta,
 nō tantùm prævisa, sed & repentina,
 cum

eum ratione, h. e. certo loco & tempore, quo & quando oportet, & honestatis gratiâ.

4. Fortitudini opponitur *Andacia*, quæ in excessu peccat circa terribilia; & *Timiditas*, quæ in defectu. Fortitudinis extrema conveniunt & differunt. Conveniunt objecto, cum omnia circa terribilia occupentur. Differunt excessu & defectu. Audax modum confidendo excedit, & metuendo deficit. Timidus modum metuendo excedit, & confidendo deficit. Fortis & in confidendo & metuendo medium tenet. Deinde differunt actionibus. Audaces ante pericula sunt prompti, præcipites & contumeliosi, in pugna verò animo abjecto fugiunt; contra verò fortes sunt quieti & acres.

5. Tantum de *vera* Fortitudine; sequitur *Apparens*, quæ secundum
Arist.

Arist. 3. Eth. c. 8. est quintuplex: 1. Civilis, quam leges à civibus exigunt. Quæ vel voluntaria, vel coacta 2. Experimentalis, quæ homines ob experientiam & prædam intrepidus reddit. 3. Inacunda, quæ ex irâ propter vindictam oritur. 4. Fiduciaria, quæ ob spem evasionis aut victoriae facit animum. 5. Inscia, quæ ex periculi ignorantia proficiscitur.

CAPUT V.

DE

TEMPERANTIA.

1. Temperantia est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa voluptates, quæ ex cibo, potu & Venere percipiuntur. Quæ descriptio desumpta est ex 3. *Eth. c. 10.* ubi dicitur mediocritas circa voluptates & dolores.

2. Primum Objectum sunt voluptates

luptates corporis, quæ ad gustum & tactum pertinent. Magis tamen circa tactus voluptates versatur; quia harum major est usus, quàm gustus. Id patet: 1. exemplis intemperantium, qui non tam in saporibus quàm tactu voluptates quærunt. 2. Quia gustus tantum est in exigua corporis parte; tactus verò per totum diffunditur corpus. 3. Quia gustus non nisi per tactum fit jucundus. Secundarium Objectum sunt dolores ex desiderio & privatione voluptatum orti.

3. Officia Temperantis sunt duo Primum est, honestas tantum voluptates expetere, ijsq; præsentibus moderatè uti, absentibus verò non immoderatè dolere, aut nimio earum desiderio teneri. Alterum est, licitis voluptatibus ita frui, ut rectam rationem adhibeas, ne quid personarum, temporis, loci, alijsq; circumstantiis peccetur.

cetur. Habebit etiam rationem famæ, decori, valetudinis & sum-
tuum.

4. Extrema Temperantiæ con-
siderantur vel in *genere*, vel in *specie*.
Intemperantia, generaliter accepta,
est vitium morale, quod in excessu
peccat circa voluptates. Stupiditas
est vitium morale, quod in defectu
peccat circa voluptates.

5. Dividitur in Frugalitatem & Ca-
stitatem. Illa circa cibum & po-
tum; hæc circa Venerem medio-
citatem servat. Fundamentum
sumitur ab Objecto, quod vel in Indi-
vidui, vel in Speciei conservatione
consistit.

6. Frugalitas subdividitur in
Abstinentiam & Sobrietatem. Absti-
nentia est Temperantia, quæ circa
cibum mediocritatem observat. Ab-
stinentis officia sunt: 1. propter na-
turæ necessitatem edere, 2. Cibos

C

natu-

naturæ convenientes eligere, & rationem valetudinis habere. 3. Non nimium festinare, aut optima quæq; rapere. 4. Stata prandii & cœnæ observare tempora.

7. Abstinentiæ opponitur Voracitas, quæ peccat in excessu circa cibum; & nimia abstinentia à cibo, quæ peccat in defectu circa cibum. Voraces peccant in nimiâ cibi quantitate, festinatione, culpabili electione & intempestivâ comestione. Contrâ abstinentes à cibo, quos stupidos vocant, cibum licitum & concessum fugiunt, & corpus inediâ cruciant.

8. Sobrietas observat modum circa potum. Qui modus non tantum pro ratione virium, sed quoq; pro necessitate & lætitiâ uniuscujusq; determinandus est. Potus necessitatis est, qui ad vitæ conservationem requiritur, lætitiæ verò cum ad
cor

cor exhilarandum ultra necessitatis demensum bibitur.

9. Sobrietati opponitur Ebrietas, quæ peccat in excessu circa potum; & nimia potus aversatio, quæ peccat in in defectu circa potum. Ut hoc est raram: ita contra illud tam altas in animis hominum egit radices, ut extirpari non possit.

10. Castitas est Temperantia, quæ circa Venerem mediocritatem observat. Nomine Veneris intelligitur non tantum actio, sed quoque voluptates in amplexu, osculis, sermonibus, & gestu corporis. Castitati opponitur Libido, quæ peccat in excessu, & nimia Veneris detestatio, quæ peccat in defectu. Ad libidinem referunt spurcas cogitationes, obscænos sermones, illicitas flammæ, scortationes, stupra, adulteria, incestus, Sodomiam & bestialitatem.

CAPUT VI.

DE

LIBERALITATE ET MA-
GNIFICENTIA.

1. Liberalitas est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa pecunias modicas dandas & accipiendas. L. 4. Eth. c. 1. dicitur μεσότης πρὸς τὰ χρήματα, mediocritas circa pecunias. Ibidem liberalis appellatur is, qui habet virtutem circa pecunias.

2. Objectum internum est ipsa divitiarum cupiditas ; externum sunt, τὰ χρήματα, id est, pecuniæ. Pecuniarum voce non tantum intelliguntur monetae, sed quoque omnes reliquæ possessiones, quarum pretium pecuniâ aestimari solet. Pecunias esse vel parvas, vel magnas, ex l. 2. Eth. c. 7. patet. Circa parvas Liberalitas, circa magnas Magnificientia occupatur.
Par-

Parvas pecunias esse Liberalitatis
Objectum, Aristoteles triplici funda-
 mento probat, à *Consequente*, *Contra-*
rio & *Causâ Efficiente* sumto.

3. Officium viri liberalis est da-
re & accipere. In utroq; liberalis
 rectè agere debet. Circa datio-
nem observa finem & modum. Finis
 est generalis, scil, honestum. Hinc
 infertur, non esse liberales, qui vel
 gloriæ, vel quæstus, vel favoris con-
 ciliandi gratiâ aliquid donant, vel
 ut beneficiis & largitionibus ad ho-
 norem perveniant, vel ut à petentis,
 importunitate liberentur.

4. Modus consistit in personâ, quan-
titate, qualitate, tempore & loco. Per-
sona est vel dantis, vel accipientis. In-
 dante attendas habilitatem & animum.
 Accipiens non est quilibet, sed vir-
tuosus, consanguineus, amicus, civis,
vicinus, popularis, de nobis benè me-
 ritus atq; egenus.

C 3

5. Cir-

5. Circa quantitatē duo notabis: 1. ut quisq; tantū det, quantum facultates ferre possunt: 2. ut accipienti succurratur pro necessitate & dignitate. Circa qualitatem sciendū est, quōd talia sint danda, quæ accipienti non nocent, aut ignominiam afferunt, sed profunt atq; exhilarant. Tempus sit tempestivum. Locus est vel publicus vel privatus.

6. Officiū in accipiēdo consistit in his: 1. Nemini injuriam facit. 2. Non est importunus. 3. De propriis benefacit. 4. Rem familiarem non negligit.

7. Liberalitati opponitur Prodigalitas, quæ est vitium morale peccans in excessu circa sumtus maiores; & Avaritia, quæ est vitium morale peccans in defectu circa sumtus minores. Prodigali sunt vel Simplices, vel Misti. Avarorum Aristoteles tria facit genera: Primi dando deficient; secundi modum excedant accipiendo;

do ;

do; tertii dando deficiunt & modum accipiendo excedunt.

8. Magnificencia est virtus moralis, quæ servat mediocritatem, circa sumtus maiores. L. 4. Eth. c. 2. indigitatur sumtus in magnitudine decorus.

9. Objectum sunt opes magna. Modus consistit in decoro, quod est vel in ipsis sumtibus, vel in operibus. Decorum in sumtibus est, quando conveniunt tum personæ tum ipsis operibus. Persona non est quælibet, sed quæ divitiis, genere, virtute & dignitate cæteris antecellit. Tales namque conditiones aliquem operi conciliant splendorem. Decorum in operibus est, si magnitudini sumtuum & personæ respondeant. Opera vel sunt sacra, vel profana. Hæc iterum vel publica, vel privata.

10. Magnificencia opponitur Lu-

xus, qui est vitium morale, peccans
in excessu circa sumtus maiores; &
Sordities, quæ est vitium morale,
 peccans in defectu circa sumtus ma-
jores. Quæ duo vitia Aristoteli sunt
 quidem vitiosa, sed non probrosa,
 cum per hæc aliquis tantum peccet
 in facultates proprias, ita ut neq;
 laudem, neq; utilitatem inde per-
 cipiat.

CAPUT VII.

DE

MODESTIA ET MAGNA-
NIMITATE.

I. Modestia est virtus moralis,
 quæ servat mediocritatem circa ho-
nores minores. De Modestia agit
 Aristoteles l. 4. Eth. c. 4. ejusq; ob-
 jectum constituit honores parvos.
 Quandam autem virtutem circa
 honores mediocres versari, sequen-
 tia

tia probant: 1. Quia in modicis honoribus expetendis aspernandisque dantur extrema. 2. Quia in iisdem laus & vituperium locum habet. 3. Quia eadem est ratio honorum, quæ pecuniarum.

2. Actus sunt tres: 1. Legitima honorum acquisitio. Circa quam tres circumstantiæ sunt observandæ, rerum videlicet & factorum, modi & quantitatis. Secundus est acquiescentia in debitis honoribus. Tertius est conservatio ac defensio. Nam cum modestus famæ rationem habeat; ideò suum honorem contra calumnias defendit.

3. Modestiam opponitur Ambitio, vitium morale, quod peccat in excessu circa honores minores; & honorum contemptus, vitium morale, quod peccat in defectu circa honores minores. Notandum est, hæc extrema nonnunquam pro ipsâ virtute poni.

C

5

4. Ma-

4. Magnanimitas est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa honores majores, h. e. in magnis & debitis honoribus moderatè vel expetendis vel contemnendis. Magnanimus autem *l. 4. c. 3.* dicitur, qui cum magnis sit dignus, etiam magnis se dignum judicat.

5. Objectum est vel generale vel speciale. Generale est quodvis magnum in rebus & actionibus humanis, quo quis dignum se æstimare potest. Speciale objectum est magnus honor, cum honor inter externa bona censeatur esse bonum maximum; cujus rei duplex affertur causa: 1. Quia honor propriè debetur soli DEO ac personis illis, quæ inter homines DEI vices sustinent. 2. Quia honor dicitur esse virtutis præmium, adeoq; hoc modo etiam videtur esse præstantior ipsa virtute.

6. Circa

6. Circa speciale Objectum nota-
bis actus & modum. Actus sunt appe-
tere, accipere, defendere & frui. Mo-
dus consideratur respectu honoris,
fortuna, omnium virtutum, conver-
sationis & communis vitæ.

7. Magnanimitati opponitur In-
flatio, vitium morale, quod peccat
in excessu circa honores majores; &
Pusillanimitas, vitium morale, quod
peccat in defectu circa honores ma-
jores.

CAPUT VIII.

DE

MANSUETUDINE.

I. Mansuetudo est virtus mora-
lis, quæ servat mediocritatem circa i-
ram. Quæ definitio extat l. 4. c. 5. Obje-
ctum internū est ira; externum sunt o-
mnia ea, quæ iram & indignationem
excitare possunt; ut sunt injuria, da-
mna, contumelia & cum primis con-
temtus.

2. Officium mansueti cognoscitur ex causis & circumstantiis. Causæ, ob quas irascendum, sunt legitimæ, justæ & graves: quales sunt, quæ pertinent ad defensionem cultûs divini, parentum, patriæ, conjugis, liberorum, legum, famæ & similibus.

3. Circumstantiæ sunt tres. Prima est personarum. Irascendum est non superioribus, & benè meritis, non per imprudentiam peccantibus, non veniam deprecantibus, non scurris, sed improbis & sceleratis. Secunda est modi, circa quem tria observa: 1. Cavendum est, ne primus iræ nos abripiat impetus, ut agamus, cuius nos poenitere possit. 2. Magis prompti ad ignoscendum simus, quàm ad vindictam, humanæ conditionis memores. 3. Iusta sit inter iram & culpam proportio. Tertia est temporis, quando & quam-

quamdiu irascendum. 1. Non in puni-
niendo. 2. Non in consultando.
 3. Non tempore lætitiæ. 4. Non nimis
tardè in gravioribus delictis. 5. Non
nimis citò in levioribus & non satis
cognitis rebus. Deinde ira non est diu
 alenda, ne animum excruciet, & tan-
 dem in odium degeneret.

4. Mansuetudini opponitur Iracun-
dia, vitium morale, quod peccat in
excessu circa iram; & Leuitudo vitium
 morale, quod peccat in defectu circa
iram. Ira & iracundia differunt non
secus ac ebrietas & ebriositas. Species
iracundiæ sunt Excandescencia, A-
marulentia & animi asperitas. Qui Le-
uitudine laborant, non uno modo
peccant. Nam videntur esse homines
 fatui, servilem præferunt animum,
 & sunt molles & effœmi-
 nati.

CAPUT

CAPUT IX.

DE

Virtutibus Homileticis.

1. Tres virtutes recenset *Aristoteles*, quas ratione *finis* distinguit. Prima spectat id, quod in sermone & actione verum est, ac dicitur *Veritas*. Duæ posteriores attendunt *Jucundum*, idq; vel in seriâ conversatione, ut est *Comitas*, vel in jocosâ, ut est *Urbanitas*.

2. Veritas est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa verum. Exstat *l. 4. c. 7.* ubi dicitur mediocritas circa verum in sermone & actione.

3. Objectum est verum, quod vel in sermone & verbis, vel in actionibus, vel in moribus & gestu corporis totaq; vitâ considerari solet, ita ut in illis nihil sit fictum. Ergo nihil aliud notat, quàm convenientiam cordis & oris.

4. Viri

4. Viri veracis actio vel est pro-
pria, vel minùs propria. Propria
 est, in dictis & factis verum confecta-
 ri solius honestatis gratiâ. Minus
propria est, veritatem interdum ce-
lare, seu dissimulare; quod nonnulli
mentiri dicunt, idq; minus rectè.
 Nam non minor virtus est, cum ra-
 tione tacere, quàm non intempestivè
 loqui.

5. Veritati opponitur Arrogantia,
seu mentiendi libido, vitium mora-
le, quod peccat in excessu circa verum;
& Dissimulatio, vitium morale, quod
peccat in defectu circa verum. Hùc
 sequentes pertinent distinctiones:
 1. Inter mendacium jocosum, officiosum
& perniciosum. Illud ex vanitate quâ
dam oritur; istud pro salute alicujus
profertur; hoc verò ex malignitate
& in perniciem alterius conflatur.
 2. Inter mentiri & veritatem celare.
 Illud

Illud, non hoc, prohibet Veracitas.
 3. Inter falsum dicere & mentiri. Illud fit recitativè, hoc assertivè. 4. Inter vera loqui & veraciter loqui. Illud ad rem ipsam, hoc ad animum respectum habet. 5. Inter Verum Logicum & Ethicum. Potest quis dicere verum Ethicè, & tamen mentiri Logicè, & contrà Logicè verum dicere, & tamen Ethicè mentiri.

6. Comitas est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa conversationem seriam. Vide l. 4. c. 6. ubi dicitur mediocritas circa oblectationes & offensiones. Objectum Internum sunt voluptates & dolores ex rebus seriis in quotidianâ conversatione orti. Externum sunt sermones & actiones in tali conversatione oblectantes.

7. Quinque viri comis officium circumscribunt regulæ. 1. Id agit, ut suâ conversatione possit esse jucun-

cund9, non molestus. 2. Si oblectatio
nec honesta sit, nec utilis, eam omit-
tit, & mavult esse molestus cum utili-
tate, quàm cum jucunditate noxius.
 3. Sibi subjectos liberè reprehendit,
 4. Attemperat se ingeniis & homi-
nibus. 3. Per se voluptate conatur
eos afficere, cum quibus vivit, per ac-
cidens, cùm opus est, eosdem of-
fendit.

8. Comitati opponitur in excessu
Assentatio, vitium morale, quod pec-
cat in excessu circa conversationem;
in defectu Morositas, vitium morale,
quod peccat in defectu circa conversa-
tionem seriam. Adulator ab assenta-
tore differt. Ille propter placendi
studium, hic verò propter lucrum
jucundus est. Assentatorum sunt
duo genera: Unum est eorum, qui
apertè; alterum eorum, qui ex insi-
diis adulantur.

9. Urbanitas est virtus moralis,
 quæ

quæ servat mediocritatem circa ludos & jocos. Internum objectum est cupiditas in jocando; externum verò sunt ludi & joci in congressibus, h. e. omnia ea, quæ animi recreandi causâ dicuntur.

10. Officium urbani consistit in dexteritate jocandi, h. e. in dicendis jocos & decenter audiendis. Circa jocos hæc notabis: 1. Joci sint honesti. 2. Modus servetur. 3. Habenda est ratio personarum, loci & tempotis. 4. Non jocandum est coactè, aut affectatè, 5. Non jocandum in eos, à quibus non fuimus lacesiti. 6. Tales sint joci, quales quis ab alio audire possit.

11. Urbanitati opponitur. Scurrilitas, vitium morale, quod peccat in excessu circa ludos & jocos; & Rusticitas, vitium morale, quod peccat in defectu circa ludos & jocos.

CAPUT

Justitia, Jure & Æquitate.

1. *Justitia est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa rerum externarum distributionem & permutationem, quantum cuiq; de illis debetur.* Quam Justitiam particularem ab universali diversam dari probat Arist. l. 5. c. 2.

2. *Objectum ejus sunt res externæ tam distribuendæ, quàm commutandæ, in quibus expetendis peccare possumus.* Res externæ sunt vel externa bona, ut pecuniæ, honores, & ejus genera alia; vel externa mala, ut onera & pœna.

3. *Actus Justitiæ proprius est, quatenus de externis bonis tantum cuiq; datur, quantum cuiq; de illis debetur, h. e. Justitia in rerum distributione, commutatione ac contractibus,*

ctibus, & omnibus, in quibus injuria cuiquam fieri potest, ita homines gerere se docet, ut nec de externis bonis plus sibi vindicet, & minus alteri relinquat, nec rursus de malis minus sibi & plus alteri, quam par est, & jure illi debetur.

4. Verba, quæ in definitione extant, sequentia: *quantum cuiq; de illis debetur*: generaliter sunt accipienda. Nam modo duplici res quædam dicitur esse hominis: 1. *Simpliciter*, quia propria hominis est possessio, 2. *Secundum quid*, quia est hominis propria, quatenus est totius republicæ, cujus est membrum. Hinc oritur diversa ratio debiti. Alia est ratio debiti, quia res pertinet ad creditorem; alia est ratio debiti, quia res pertinet ad rempublicam.

5. Natura mediæ, quod observat Justitia, à medio, quod cæteræ virtutes

tutes observant, modis differt duobus : 1. Omnes reliquæ virtutes observant medium inter duas contrarias actiones ; Justitia verò inter talia interjacet extrema , quorum utrumq; est in unâ eâdemque actione. 2. Medium reliquarum virtutum est Medium Geometricum tantum ; Justitiæ est & Arithmeticum & Geometricum. Præmia namq; & onera , quæ alicui publicè debentur, distribuuntur *Geometricè* ; bona autem cætera & pœnæ , quæ privatim debentur alicui, adjudicantur *Arithmeticè*.

6. Dividitur Justitia in *Distributivam & Commutativam.* Quæ divisio est generis in duas diversas species. Ut enim distributio à communionem , & æqualitas Geometrica ab Arithmetica totâ specie differt : ita & justitia , quæ circa rerum commutationem occupata est.

7. Ju-

7. Justitia Distributiva est, quæ servat mediocritatem circa distributionem rerum, quantum cuiq; de illis debetur, quatenus membrum alicujus communitatis est. Circa quam descriptionem observa objectum, modum & proportionem.

8. Objectum sunt res distribuendæ tam bonæ, h. e. pecunia publica, agri, honores, dignitates, & his similia; quàm malæ, nimirum labores, contributiones, atq;ve omnia onera, quæ societas quædam conjunctis viribus sustinere debet. Modus est, quatenus membrum Reipublicæ est. Sic nihil huc pertinet, nisi de communibus totius communitatis vel bonis vel malis cuidam debetur. Proportio est Geometrica. Quod inde patet; quia nulla præmiorum & laboris distributio aliter rectè institui potest, quàm secundum cujusq; meritum. Ubi autem hæc spectantur, ibi

ibi non potest esse alia Proportio
quàm ut sicut se unius meritum ha-
bet ad alterius meritum; Ita etiam
præminm unius ad præmium alterio.

9. Commutativa justitia est justitia, quæ servat mediocritatem circa rerum permutationem, quantum cuiq; de illis debetur, quatenus privatus est.

10. Objectum sunt res permattan-
da, seu ipsa rerum permutationes, seu
contractus, quantum de illis cuique
debetur, quatenus privatus est. Con-
tractus vocabulum non sumitur hîc
propriè pro mutuo consensu duorum
vel plurium de re aliqua legitimè
transferenda, vel quoad usum, vel quo-
ad dominium, vel quoad obligationem;
sed latè pro omnibus obligationibus,
quæ ex delictis nascuntur, & si quid iis
simile est.

11. Dividuntur ab Arist. l. 5.
Eth. c. 2. in voluntarios & invitos.
Volun-

Voluntarii sunt inter scientes & consentientes, ut sunt emtio, venditio, mutuum, fidejussio, commodatum, depositum, locatio & conductio. In-
viti sunt, qui vel volentibus, vel ignorantibus nobis fiunt. Hi itetum
sunt vel clandestini, ut furtum, adulterium, veneficium, caedes dolo facta, falsum testimonium, & his similia; vel violenti, ut verbera, vincula, mors, rapina, maledictum. Hæ res omnes ad *justitiam commutativam* pertinent.

12. Proportio, quam hæc virtus observat, est Arithmetica. Quod duobus ostendemus: 1. *Æqualitas*, in quâ omnis justitia consistit, vel ex dignitate personarum aestimatur, vel simpliciter ex rebus ipsis. Prius commutationibus per se competere non potest; quia non instituuntur, ut de societatis alicujus bonis præmia

nia inter cives distribuuntur. Ergo
 restat altera æqualitas, quàm tantum
 ex rebus sumimus. 2. Quia in rebus
 permutandis & modo res illas ad æ-
 qualitatem redigendi non spectatur
 persona aut dignitas commutantis,
 sed id, quod simpliciter tantum in-
 terjacet *inter plus & minus*, seu id,
 quod est *inter lucrum & damnum*.

13. Lucrum Philosophus vocat *plus boni
 & minus mali*; damnum verò *plus mali
 & minus boni*. Illud plus tollitur vel
 detrahendo uni parti, & apponendo
 alteri, vel detrahendo simpliciter
 uni tantum, quantum alteri deest.

14. Justitiæ opponitur Injustitia,
vitium morale, quod peccat in ex-
cessu & defectu circa rerum externa-
rum distributionem & permutationem.
 Unum tantum nomine vitium est.
 Hoc autem extremum ita se habet,
 ut duorum extremorum obtineat
 D locum,

locum, tam ejus, quod est in excessu, quam ejus, quod est in defectu. Deinde hæc injustitiæ definitio est intelligenda *generaliter*, quatenus in genere cum justitiâ pugnat, & *specialiter*, quatenus justitiæ tam distributivæ, quam commutativæ, opponitur.

15. Jus est id, quod in mutua societatis usu hominibus à rectâ ratione præscribitur. Genus nonnullis est effectus justitiæ, quia jus à justitiâ, tanquam effectus, à causâ descendit. Subjectum sunt homines liberi & æquales.

16. Dividitur secundum *Arist.* l. 5. c. 6. in Politicum atq; Oeconomicum. Illud simpliciter jus est, hoc verò secundum similitudinem. Estq; vel *domini in servum*, vel *mariti in uxorem*, vel *parentum in liberos*.

17. Politicum est vel Naturale, vel Legitimum. Jus naturale est, quod
suam

ditis sancit. 3. In commune, quod ad omnes cives, & singulare, quod vel ad certas personas, vel ad certam circumstantiam pertinet.

20. Juris norma est lex, quæ est regula faciendorum & omittendorum. Est vel communis, quæ ad omnes homines, vel propria, quæ ad certam societatem pertinet. Communis est vel inscripta, lex scil. naturæ, omnibus hominibus insita; vel præscripta, quæ à superioribus præscribitur. Ex lege naturali oritur jus naturale, ex præscriptâ jus civile, ex propriâ jus proprium.

21. Juri opponitur injuria, quæ est injustitiæ effectus, cum sciente & volente animo alicui invito præter meritum infertur damnum. Est vel realis, quæ manu infertur, vel verbalis, quæ vel verbis, vel literis fit.

22. Nota-

22. Notabis hîc 1. discrimen in-
 ter *legem, jus, justum & justè factum*.
Lex est ratio nostra, quæ justa præ-
 cipit. *Jus* est præceptum ex lege or-
 tum. *Justum* dicitur ipsius legis
 contentum. *Justè factum* est illius,
 quod à lege imperatum erat, effe-
 ctio. 2. Aliud esse *justa facere*, aliud
justè facere, aliud *justum esse*. Pri-
 mum ex ignorantia potest fieri, se-
 cundum deliberato animo, tertium
 ex habitu. 3. Ergo etiam aliud est
injustum, aliud *injustè factum*, aliud
injustum esse. 4. Aliud esse, *injustè, seu*
injuriam facere, aliud *injustum esse*.
 Prius ad istum pertinet, qui scien-
 ter & semel peccat; posterius, qui
 ex habitu delinquit. 5. *Non omne*
injustum, nec omne damnum, quod a-
licui infertur, statim esse injuriam.
 Potest enim injustum, aut noxium,
 aliquid fieri per accidens, ex igno-
 rantia, casu, invitè & ex vehemen-
 tiori

tiori affectu. Quod ipsum licet inju-
stum sit ac malum ; tamen is, qui tale
perpetrat malum, propriè non dici-
tur facere injuriam ; nec is, qui pati-
tur damnum aut malum, pati inju-
riam poterit dici.

23. Æquitas est correctio legis eâ
parte, quâ deficit ob suam generalita-
tem. Vide Arist. l. 5. c. 10. Hic notabis
sequentia : 1. Æquitatem dici corre-
ctionem, non abrogationem. 2. Æ-
quitatem esse juris legitimi, non na-
turalis. 3. Æquitatem corrigere par-
tem. 4. Legem dici deficere, quatenus
non omnes circumstantias, quæ cir-
ca jus accidere possunt, determinat.
5. Defectus non esse in lege, neq; in
legislatore, sed in ipsius rei naturâ. 6.
Legem corrigere defectum, ad-
hibitâ interpretatione
legitimâ.

CAPUT

79
CAPUT XI.

DE

Virtutibus Intellectualibus.

1. Virtutes morales excipiunt Intellectuales, de quibus *Arist. l. 6. Eth.* De his agendum est, ut rectam rationem, virtutum moralium directricem, quam prudentia, una ex intellectus habitibus definit, inveniamus. Est autem virtus intellectualis habitus animi rationalis, quo mens nostra affirmando & negando enunciat verum. Subjectum est anima rationalis. Objectum sunt res, in quibus verum & falsum habent locum. Finis est veritas, quam anima affirmando & negando, ex parte sui enunciat semper.

2. Habituum intellectualium sunt quinque: Intelligentia, Scientia, Sapientia, Prudentia & Ars. Quorum numerum objecta probant. Nam tot habitus requiruntur, quod ob-

D 4

jecta-

jecta sunt percipienda. Hæc autem vel sunt *necessaria*, vel *contingentia*. *Necessaria* sunt triplicia. Nam vel sunt principia per se manifesta, quorum notitia dicitur *intellectus*; vel sunt conclusiones è principiis eductæ, quarum habitus vocatur *scientia*; vel denique sunt conclusiones cum principiis conjunctæ, quæ pariunt notitiam, quasi compositam, quam *sapientiam* vocant. *Contingentia* vel sunt in effectione alicujus operis posita, quorum habitus dicitur *ars*; vel in agendo consistunt, quorum est *prudencia*.

3. *Intelligentia* est virtus intellectualis speculativa, *quæ prima & indemonstrabilia principia cognoscimus*. *Objectum* sunt ipsa principia l. 6. c. 6. h. e. communes notiones nobiscum natæ. Quæ quamvis naturaliter nobis sint insitæ, ab hoc tamen habitu perficiuntur, ut magis evidentes fiant.

4. Scri-

4. Scientia est virtus intellectu-
alis speculativa, per demonstrationem
acquisita. Objectum eius est scibile, l. 6.
c. 3. quod rerum tantum necessaria-
rum, quæ aliter sese habere non pos-
sunt. Scientia comparatur disciplinâ
& doctrinâ; doctrina verò ex neces-
sariis propositionibus oritur. Finis
est, ne incerta pro certis, falsa pro ve-
ris aliquis admittat.

5. Sapientia est virtus intellectu-
alis speculativa, ex intelligentiâ &
scientiâ constans. Objectum non tan-
tum sunt rerum principia, sed & con-
clusiones ex principiis ortæ. Hinc ha-
bitus appellatur compositus, ut prio-
res duo simplices.

6. Ars est virtus intellectualis
practica, cum rectâ ratione effectiva.
Objectum sunt ea contingentia.
quæ causam sui efficientem non ha-
bent intra se, ut res naturales, sed

D 5

extra

extra se in ipso artifice, qui materiam movet, ut aliam admittat formam. Finis est effectio alicujus operis.

7. Prudentia est virtus intellectualis practica, cum rectâ ratione activa. Objectum sunt omnia ea, quæ homini ad benè agendum vivendumq; sunt necessaria. Idem est objectum, quod suprâ consultationis. Finis est praxis, seu actio, circa ea, quæ ad hominum mores pertinent, ex ratione & præelectione prodiens.

8. Tale quid est prudentia, quæ cum civili doctrinâ unus & idem habitus est. Dividitur in Legislativam, quæ leges condit, & Politicam, quæ ex legis præscripto omnia administrat. Prudentiæ affines habitus sunt Consultatio, Sagacitas & Equitas.

9. Perpetuus prudentiæ comes est

est virtus. Nam ubi non est electio bona, ibi nulla est prudentia. Electionem verò rectam efficit virtus; quæ appetitum ita consuefacit, ut persequatur, quod bonum est. Hinc sequitur, sine virtute prudentiam non esse, nec reperiri, quin conjunctam habeat honestatem. Nam prudentia præscribere debet, quid agendum sit; virtus autem moralis præscriptum exequi. Ita se res habet de virtute morali & prudentiâ.

CAPUT VII.

DE

Virtute Heroicâ, Continentiâ & Tolerantiâ.

1. Virtutem considerari posse, vel respectu *specierum* vel *graduum* in certo subjecto, suprâ diximus.

D 6

Illâ

Illo modo satisfacimus ; restat ut eandem perpendamus respectu *sub-jecti*. Sic *virtus* vel est incipientium, ut *Continentia & Tolerantia*, vel perfectissimorum, & vocatur *Virtus Heroica*.

2. *Virtus Heroica* est habitus animi, *divinitus quibusdam concessus ad ejusmodi actiones perficiendas, quæ alioquin solis humanis viribus præstari non possunt.*

3. Differentia desumpta est ab *Efficiente & Fine*. *Efficiens* est vel *prima*, vel *secunda*. *Prima* est ipse DEUS, ejusque specialis actio. *Secunda* est vel *mediata*, vel *immediata*. *Mediata* est vel *remota*, quæ partim est ab animo, ut *intellectus & voluntas*, partim à corpore, ut *singulare temperamentum & dispositio corporis*; vel *propinqua*, ut *electio*. *Immediata* est actio, conatus & executio, magnus itidem & constans labor.

4. *Finis*

4. Finis materiam & formam in-
 volvit. Materia est vel circa quam,
 vel in quâ. Illa est communis, ut affe-
 ctus vel propria, ut omne reliqua-
 rum virtutum objectum, sed excel-
 lentius. Materia in quâ est appetitus
sensitivus, cujus perturbationes mo-
 do quodam heroico moderatur. For-
ma est supra hominis naturam res
perferre adversas. Finis est ad DEI si-
mitudinem accessio.

5. Heroicæ virtuti opponitur,
Bestialitas, vitium, in excessu pec-
 cans, per quod homo excusso rectæ ra-
tionis iudicio omniq; humanitate abje-
ctâ more ferarum amplectitur ea, à
 quibus animus hominis naturaliter ab-
 horret; & Ignavia, vitium, in defectu
 peccans, circa summas virtutum a-
ctiones, & quâ quis ineptus est ad o-
mnem virtutis impetum.

6. Continentia est dispositio bo-
na, quâ voluptates cum luctâ quadam
supera-

superamus. Genus est dispositio bona, quod cum Tolerantiâ commune habet. Non sunt virtutes; quia pugnant cum ratione, eò quòd continens & tolerans nimis urgeantur affectibus, nec promptè, ut virtuosus, eligant bonum, sed cum pugnâ affectuum, rectæ rationi resistentium.

7. Differentiâ continet *Objectum* & *Proprium*. *Objectum* vel est *primarium*, vel *secundarium*. *Primarium* sunt voluptates corporis, quæ ex cibo, potu & Venere percipiuntur. *Secundarium* constituunt voluptates ex honore, divitiis, potentiâ, libertate, multitudine liberorum atq; amicorum, formâ, robore corporis, atq; aliis perceptæ. *Proprium* est, quòd voluptates superet cum luctâ quâdam. Quâ proprietate à temperantiâ differt, deinde à pertinacè. *Continens in bono*
pro-

proposito persistit; pertinax in proposito & inhonesto perseverat.

8. Continentiæ opponitur in excessu Incontinentia, quæ est dispositio mala, quâ à voluptatibus etiam invitati superantur. In defectu nomine caret. Dicitur aliquis incontinentens vel absolutè, is nimirum, qui necessarias voluptates expetendo medium violat; vel aliquâ ex parte, quando aliquis non necessarias expetens à medio aberrat. Sic vocamus aliquem incontinentem iræ, vindictæ, honoris & similibus.

9. Tolerantia est dispositio bona, quâ cum luctâ quâdam perferimus dolores, qui ex absentia voluptatis percipiuntur. Objectum externum sunt dolores, quibus pleriq; in rebus adversis succumbunt; internum ipse irascendi appetitus. Differt Tolerantia à Fortitudine non aliter atq;

atq; Continentia à Temperantiâ.
 10. Tolerantia opponitur in exces-
su Pertinacia, dispositio mala, quæ si-
ne ratione honestatis quævis adversa
perfert; & Mollities, dispositio mala,
 quâ inviti vincimur à doloribus, qui
 ex absentia voluptatum percipiun-
 tur. Mollities est vel acquisita, vel insi-
ta, quæ vel à naturâ loci, vel ab ætate,
 vel à morbo proficiscitur.

CAPUT XIII.

DE

AMICITIA.

I. Ita omnia, quæ ad Ethicam
 pertinent, absolvimus. In hoc ul-
 timo capite dicendum erit de Ami-
citiâ, quæ vel ipsa virtus est, vel res
 cum virtute conjuncta. Est autem
benevolentia mutua, non latens, pro-
pter unum aliquod eorum, quæ sunt
amabilia. Principiò amicitia est
 benevolentia quædam, cum benè
 amicis propter amicos velit. Quod
 ipsum

ipsum propriè est benè velle. 2. Est *mutua*, cum benevolentia non sit, nisi quæ est mutua. Amor quidem esse potest, sed non benevolentia. 3. Non *debet latere*. Nam quibus de mutuâ inter se benevolentiam non constat, illos nemo vocabit amicos, sed benevolos.

2. *Causa amicitia est similitudo*, non tantum *Arithmetica*, quæ in officiorum ac personarum æqualitate consistit; sed & *Geometrica*, quæ in comparatione rationum, ut is, qui præstantior est, diligatur magis, quam diligat, cum aliàs nulla sit æqualitas.

3. Proprium est unâ verè & iisdem gaudere. Qui locis sejunguntur, amici quidem sunt, h. e. animo affecti, sed amicitia munera ob locorum intervalla exequi non possunt.

4. *Objectum est amabile*, quod ad sui amorem ob aliquam bonitatem allicit. Quia autem
hæc

hæc bonitas vel ex honestate, vel utilitate, vel jucunditate colligitur; amicitia Objectum vel est honestum vel jucundum, vel utile.

5. Hinc dividitur in Honestam, Jucundam & Utilem. Illam sola virtus, istam solum jucundum, hanc solum utile constituit. Nam tot sunt species amabilium, in quibus est mutuus & non latens amor. Honestam primò & propriè est amicitia; reliquæ analogicè ita dicuntur, & per similitudinem. Nam qui ob utilitatem vel jucunditatem amici sunt, ob eam, non propter seipso, sibi benevolunt. Itaq; utilitatem & jucunditatem per se amant, amicos per accidens.

6. Student amicitia utili senes, jucundæ adolescentis. Honestam verò est eorum, qui virtute similes sunt. Hæc est vera, cum benè sibi velint per se & propter semetipso

psos. 2. *Stabilis* cum à virtute stabili proficiscatur. 3. *Utilis*, quòd amici sibi invicem usui sint ad res pulcrè gerendas. 4. *Jucunda*, quòd virtute nihil sit jucundius. 5. *Rara*, quia pauci boni sunt, & quia longo tempore opus est. 6. *Non nisi bonorum* est. 7. In hac non est locus calumniae. Nam non facilè quis malè sentit de eo, quem virum bonum esse novit. 8. Deniq; non injuriam faciunt sibi inter se, qui hanc colunt.

8. Præter hanc propriè ita dictam alia adhuc quædam est *amicitia*, quæ *secundum excellentiam* ita dicitur. Eiusmodi est *amicitia patris ad filium*, senioris ad juniorem, mariti ad uxorem, principis ad subditos. In hac diversa ratio est, quòd diversa sit unius cujusq; virtus & diversa, propter quæ amant.

FINIS LIBRI PRIMI.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.

Fragment of text from the adjacent page, visible on the right edge of the image.



LIBER II.

DE

POLITICA.

Proœmium.

I.

Politica, quæ derivatur
 ἀπὸ τῆς πολιτείας, est *Præ-*
ctica Philosophiæ, seu pru-
 dentia, pars specialis, quæ ad rectè con-
 stituendam administrandamq; rempu-
 blicam nos informet.

2. *Objectum Politicæ adæquatum est*
civitas, docente Philosopho i. *Oecon.*
 1. Huic enim respubl. per certa me-
 dia introducitur. Sumitur autem hæc
 vox *materialiter* pro ipsis hominibus,
 & *formaliter*, quatenus consideratur
 cum ordine. Quo sensu civitas est
 ipsa respubl. quæ in civitatem, tan-
 quam

quam forma in materiam, introdu-
cenda est.

3. *Finis internus* est republ. civitatis
anima, seu vita 4. *Pol. II. Externus fi-
nis* est vel *primarius*, vel *secundarius*.
Primarius est beatitudo civitatis, quã
Summum B. Politicum, in publico
perfectoq; virtutum exercitio confi-
stens, vocant. *Secundarius* est o-
mnium rerum affluentia. Qui *finis
externus* cum sit communis, adeoq;
ex Ethicã manifestus, hic omittitur.

4. Politica dividitur in duas par-
tes. Prior agit de fine, h. e. republ.,
posterior de imperantibus & obe-
dientibus, h. e. mediis ad finem du-
centibus. Divisionis fundamentum
sumitur à Practicæ Philosophiæ na-
turâ. Hæc enim cum à fine progre-
diatur ad media, hinc Politica, tan-
quam Practicæ Philosophiæ pars, in
tot partes commodè dividi potest.

SECT.

95
SECTIO I.
DE
REPUBLICA.

CAPUT I.
DE
SOCIETATIBUS SIMPLI-
CIBUS.

1. Subjectum, in quod respubl. in-
troducitur, est *civitas*. Cùm enim
civitas sit compositum aliquod ex
multis partibus; hinc partes priùs
considerandæ veniunt, ut totum co-
gnoscamus rectiùs. Partes *Arist. 1. Pol.*
1. alias facit *Simplices*, aliasq; *Com-*
positas.

2. Simples sunt, quarum quælibet
duabus absolvitur personis; ut *So-*
cietas Nuptialis, Herilis & Paterna.
Quæ societates omnes ab ipsâ natu-
râ originem trahunt, Societatem nu-
ptia-

paternam & paternam naturæ maximè
 convenire patet ex *appetitu* procre-
 andi sibi simile, *amore*, qui naturali-
 ter inest, ut generans & generatum
 se mutuò ament, atq; ex *naturæ neces-
 sitate*. *Societatem herilem* secundum
 naturam esse, inde colligimus, quòd
 natura utriq; tribuat ea adjuvamenta,
 per quæ possunt ac debent sibi opi-
 tulari mutuò, ita ut neuter sine al-
 terius auxilio commodè vivere
 possit.

3. Societas nuptialis est con-
 junctio *unius maris & femine*, legiti-
 mè consentientium indissolubilis, ad so-
 bolis procreationem, & mutuuum adju-
 torium ab ipsâ naturâ facta. Dicitur
 conjunctio non tam corporum,
 quàm animorum. Hæc ubi est, ibi
 mutuus debet esse consensus, qui nõ
 cogitationibus, sed externis signis,
 non autem semper verbis exprimi-
 tur. Non tantùm contrahentium re-
 quiri-

quiri iuriconfensus, sed quocumque illo-
rum, in quorum potestate sunt illi.

44. Deinde vocatur conjunctio uni-
maris & feminae. Quibus verbis ex-
cludimus *stropu* *dy* *ye* *pi* *ca* *is*, non successi-
vam, sed simultaneam. Haec conjun-
ctio ut fiat decenter, requiritur gene-
randi facultas, iusta aetas, & ut lin-
guinis propinquitas non obstat. Ap-
pellatur indissolubilis, cum nec ad-
versam fortunam, nec paupertatem, nec
mentis inopiam dirimatur, quamvis
dirimatur morte, debilitatione, & ad ali-
terio.

55. Societas herilis est societas in re
Domini *Et* *Servorum*, ob *conservatio-*
nem *animam* *facta*, *11* *Pol* *1* *63*. Haec so-
cietas dicitur naturalis, quia secundum
naturam deesse meliorem, ut
imperet ignobiliori. Subiectum sunt
Domini *Et* *Servus*: *er* *mus* *secundum*,
Arist *11* *Pol* *1* *33* est *organum* *animatum*,
activum *separatum* *in* *se* *de* *lib* *er* *ius*
iuris *existens*.

6. Dividitur 1. Pol. 3. in *Naturalem* & *Legalem*. Servus naturalis est organon *animatum*, *rationis particeps*, *activum*, *separatum*, *secundum naturam non sui ipsius, sed in totum alterius*. Servus legalis est, qui vel in bello capitur, vel propter certas causas alterius potestati est *subjectus*, ad cuius *arbitrium* vivit.

7. Ut Servus, ita & Dominus *alius est naturâ, alius lege*. Naturalis Dominus est, qui *mente potest prospicere id, quod alter corpore exequitur*. 1. Pol. 4. Lege Dominus est, qui bello sibi *acquirit dominium*, aut pretio *hominem facit suum*.

8. Finis est *conservatio*, seu *commodè vivere*. Ut enim ille, qui vel ob *negotiorum pluralitatem*, vel ob *virium defectum*, omnia peragere non potest: ita & illi, qui ob *debilem intellectum* suis non possunt *prospicere rebus*, indigent Domino, qui

qui quid sit faciendum præcipiat. 1.
Pol. 5. Utilitas hujus societatis pri-
 mariò ad dominum, secundariò ad
 servum pertinet.

9. *Societas paterna est inter patrem
 & filium ob adjumentum & utilitatem
 à naturâ facta. 1. Pol. 3.* Subjectum
 sunt pater & filius.

10. Solet appellari potestas
 regia, in quâ inferior superiori
 debet obedientiam. Hinc quia obe-
 dientia refertur ad imperantem, se-
 quitur, patrem in liberos habere po-
 testatem, quæ non in atrocitate con-
 sistit, sed in pietate.

11. Finis est adjumentum & uti-
 litas. Nam parentis est liberos rectè
 educare, atq; illis suppeditare vi-
 ctum, cum naturæ officium sit ge-
 nito præbere victum.

E 2

CAPUT

CAPUT II II.

DE

Societatibus compositis.

Domus. 1. Domus est societas naturalis consuetudinis quotidianæ gratiâ constituta. Subiectum domus sunt Maritus & Uxor, Dominus & Servus. Ex his duabus societatibus domum, seu familiam, esse dicit Philos. Poll. Hinc sequitur, ad omnem familiam tres ad minimum requiri personas. Ita autem tribus personis opus est, ut plures tam servi quam liberi adesse possint.

2. Hanc societatem Phil. Poll. Monarchiam appellat; quam Monarchiam pater familias exercet diverso modo. Servo imperat Domini- cè, uxori Politicè, liberis instar Regis. Finis est quotidianæ consuetudinis usus, i. e. vivere sub uno tecto, comedere

edere simul, & abesse ad eundem i-
gnem & calia.

33. Pagus est societas primi plurimum
familiarum consuetudinis non quoti-
diane gratia constituta. Pol. II. Ad
pagi constitutionem plures requir-
untur familiae. Ut enim familia sine
societatibus nullae esse potest: ita et-
iam nullus pagus sine familiis.

Pagus

34. Ex his sequitur, plures quam tres
personas ad pagi constitutionem re-
quiri. Haec societas appellatur prima
respectu civitatis, quae ipsa quoque so-
cietas est, sed non prima, h. e. non
immediate, sed mediate, ex domibus
constituta. Nam ex domibus pagi ex
pagis conjunctis nascitur civitas. Hi-
is sunt actus non quotidiani, ut pu-
gnare & mercari.

35. Civitas est societas perfecta ex
pluribus pagis omnibus copiis sufficien-
ter instructa, vivendi quidem gratia
constituta, consistens autem bene viven-

Civi-
tas.

dignatiō. Genus est societas, seu communio. Ita dicitur, quia civitatis incolæ multa habent communia.

6. Dicitur *perfecta* respectū domorū & pagorum. Nam hæc duo omnis generis homines non continent. Hinc dicimus, civitatem vivendi gratiâ esse constitutam. Cū autem postea inventis legibus & honestis moribus sua non parum augerent commoda incolæ, animadvertēbant, se non posse tantum vivere, sed etiam florere. Quod ipsum ultimis definitionis explicatur verbis.

7. *Efficiens causa est natura.* *Materia* sunt plures pagi, ex quibus civitas constat. *Forma* est perfecta communio, cū habeat sufficientiam omnium rerum, quæ ad vitam necessariae sunt. *Finis* est vel *generalis*, seu *secundarius*, vel *specialis*, seu *primarius*. *Secundarius* est, quòd sit vivendi gratiâ, ut homines necessaria sibi mutuò

tuò communicare possint. Nam
quod unus non habet, id a altero ac-
cipit. Primarius est, quòd sit honestè
& ex virtute vivendi gratiâ.

CAPUT III.

DE

CIVILE.

1. *Civis est socius, qui cum suâ fami-
liâ in societate familiarum benè vivere
intendit. Arist. 3. Pol. 1. in cive & hoc
requirit, ut habeat jus suffragiorum.*

2. Notabis 1. *Aristotelem* lo-
qui adhuc de cive, reipubl. pote-
stati nondum subiecto. Ibi enim ut
cives omnes sunt æquales: ita æqua-
le jus habere debent in rebus com-
munibus. 2. Fateri *Aristotelem*, non
esse idem omnium civium jus in o-
mnibus rebus; quia in Aristocratia
& Monarchia nequaquam patet jus
suffragiorum omnibus civibus. In
solâ Democratiâ ista æqualitas re-
manet.

E 4

3. Ge-

33. Genus est Socius. Nam quod ge-
nus est abstractum in abstracto, id quo-
que potest esse genus concretum in
concreto. Itaque cum civitas sit ab-
stractum, civis concretum, civitatis
vero genus societas; sequitur, civis
genus esse socium. Differentia de-
finitiva est a socio.

44. Ut civitas dupliciter accipitur:
in certam civis, Civitas accipitur: 1.
pro societate liberorum & similium in
aliqua republ sive cohabitent, sive lo-
ca distingvantur. 33. Pol 2. 2. Pro socie-
tate liberorum & similium eandem sur-
tem simul possidentium. Notandum
cives sunt, qui alicuius reipub. com-
muni certam sunt participes; poste-
rioribus, qui certum loci privilegium gau-
dent. 34. Pol 2. 3. Est enim respectu civis vel sunt
pleni, vel simpliciter tales, vel semi-
pleni, & secundum quid, autem; im-
perfecti. 33. Pol 6. 1. Simpliciter mo-
bis

liberiores sunt, qui omnium privile-
giorum sunt participes; secundum
quid vero, qui vel communum non sunt
participes, vel saltem certo tempore
non sunt capaces; ut sunt mulieres,
inquinati, pueri, relegati, coloni,
municipes, confederati & hono-
rarii.

CAPUT IV.

DIE

REPUBLICA.

1. Materiam declarata, eandem ad
formam, quae in ea certam introdu-
cenda est. Ut enim finis internus &
forma plerumque coincidunt. Sic
quoque hic loci finis internus & for-
ma re ipsa conveniunt, quamvis ra-
tione differant. Res publ. est finis,
quarenus ejus gratia tradimus pra-
cepta, ad eundem ordinamus me-
dia,

E S

dia,

dia, tandemq; secundum illa ac per illa instituimus actiones nostras. *Forma* est, quatenus est ordo & dispositio civitatis, sive civium.

2. Respublica est ordo civitatis & quidem magistratum quorumcunq;, maxime verò potestatis supreme, à quâ per medios magistratus in universos subditos gubernatio fluit. Hæc definitio sumta est ex 3. Pol. c. 4. & l. 4. c. 1.

3. Genus est ordo, cum in alicujus accidentis definitione materia non loco generis, sed differentiae ponatur, forma verò loco generis. Genus generale & speciale coarctatur differentia. Generale sumitur à proximo subjecto, quod est civitas, seu civilis societas, speciale ab essentia. Nam cum non quivis civitatis ordo reipubl. constituat, hæc differentia dicit, qualis sit ordo, & inter quos, scilicet, inter imperantes & obediētes, qui

qui ab unâ summâ potestate, quam *Majestatem* vocant, dependet. Hæc n. pars est Reipubl. potissima: quâ mutata respub. mutatur. Ab hæc porro inferior constituitur magistratus, leges feruntur, & ad quam omnia, prout ordo requirit, tanquam ad aliquod primum, referenda sunt.

4. Dividitur primò in *Simplicem* & *Mixtam*. Quæ divisio à supremâ potestate oritur. Nam quando hæc potestas est penes unum, oritur Monarchia. Quando est penes uno plures *conjunctim*, non tamen omnes, sed *indivisim*, Aristocratia prodit. Quando est penes universos, emergit Politia. Quando est penes plures *conjunctim* & *divisim*, nascitur respubl. mixta.

5. Secundò dividitur in *Rectam* & *Corruptam*. Quæ divisio 3. *Pol. 5.* extat, & tantum accidentariam Reipubl. diversitatem introducit. Recta est,

E 6

quæ

que communem utilitatem intendit;
 ut sunt Regnum, Aristocratia, Politia
 & Mixta bona. Corrupta est quae pri-
 vatarum imperantium utilitatem inten-
 dit; ut sunt Tyrannis, Oligarchia, De-
 mocratia & Mixta mala.

CAPUT V.

DE

REPUBLICA SIM-
PLICI.

1. Hinc inquirendum est, quid sit
 res publ. simplex, & quomodo ejus
 instituta sit divisio. Simplex res-
 publ. est, ubi summa potestas est vel pe-
 nes unum vel penes unoplatres, conjun-
 ctam scilicet in unum. Quam simplicem
 res publ. explicatam xta, & haec vir-
 te similiam.

2. Simplex est 1. quando summa
 potestas est penes unum, hoc. vel Re-
 gem, vel Dominum, vel Tyrannum.

2. Quando

22. Quando est penes uno plures, h. e.
 vel paucos, vel omnes conjunctim &
 indivisim. Hoc modo differt a mixta,
 in qua summa potestas est penes uno
 plures conjunctim & divisim. Sum-
 ma autem potestas penes uno plures
 indivisim esse dicitur, quando vel pe-
 nes plures, vel omnes conjunctim
 sumendos ita est, ut unus aliquam
 summae potestatis particulam seor-
 sim exercere non possit.

23. Dividitur in Monarchiam, Oligar-
chiam & Democratiam. Quae divisio
 est Aristotelis 3. Pol. 4. Nam necessa-
 rium est, ut vel unus, vel pauci, vel o-
 mnes imperent. Hinc tres reipubl.
 constituuntur species, quibus ad-
 iicitur mixta, quae a prodeit.

24. Monarchia est reipubl. sim-
plex, in qua summa potestas est penes
unum. Differentiam constituit for-
 ma, quando dicitur potestas esse pe-
 nes unum, Nam non aliter Monar-

chia constat ratio, quàm si unus, à quo cæteri reguntur, præsideat. Quo discrimine separatur ab Oligarchiâ & Democratiâ.

5. Monarchia dividitur in Regnum & Tyrannidem. Quæ divisio accidentaria sumitur à reipubl. fine, i. e. utilitate, quam regnum primariò attendit; Tyrannis autem totaliter evertit. Essentia conveniunt; quia uterq; status est Monarchicus.

6. Regnum est Monarchia, in quâ summa potestas est penes unum, bonum publicum spectantem. Differentiam, quâ à Tyrannide differt, suggerit finis, subditorum salutem includens. Fit hoc, quando Monarcha subditis relinqvens propria bona, secundum DEI, naturæ suasq; ex justo & æquo conditas leges imperat.

7. Hunc Monarcham *Aristoteles* appellare solet *Regem*; ad quem requiritur primò, ut ex suâ voluntate
omnia

omnia agat, omnibusq; imperare
 possit. Deinde ut à reliquis differat
 virtute. Prima regis virtus est o-
 mnes actiones ad omnium salutem
 referre, seu primariò salutem subdi-
torum, secundariò suam intende-
re. Deinde ad summum virtutis
 principi enitendum est culmen.
 Denique ad regnum stabiliendum
 conducit autoritas, quâ subditis de
 rege sentiendi magnificè injicitur
 opinio.

8. Hæc regia dignitas alicui de-
 mandatur *electione ac generatione*,
 sive *successione*. Utriusque modi
 meminit *Arist. 3. Pol. 10.* Electio est
vel principalis, vel minus principalis.
Principalis, quæ fit per libera eli-
gentium suffragia secundum leges
ac instituta, est vel liberi vel restricti
suffragij. Modo priori citra respe-
 ctum eliguntur, quicumq; ad magi-
 stratum sunt idonei; posteriori ele-
ctio

Etio ad eorū damnationem, stirpem & familiam determinatur, & legibus coercetur. Minus principalis hic forte, quæ summa urgente necessitate adhibetur.

9. Tyrannis est Monarchia, in qua summa potestas est per se ipsum, bonum privatum spectantem. Tyrannis à regno longissime abest, omniū unq; rerū publ. determinans, quia bono opponitur optimo.

10. Una Tyrannum constituit conditio, à publico officio desumpta, quâ unus summam potestatem habet, atq; unice rebus propriis studet. Publicæ salutis everisionem reliqua sequuntur vitia. Nam cū imperium in se transferre non possit Tyrannus, si reges & uti prudentes obstant, & hos & illas tollit.

11. Oritur Tyrannicum imperium ex regno. Fit hoc, quando princeps legitimus incipit sua potestatis, quæ
quæ

quæ p̄p̄p̄ullis sunt; scurrare. Hoc ubi fit,
 t̄m̄ simul incipit t̄m̄ in mari, ad eor̄q;
 Monarchia in Tyrannidem abit. 22.
Ex majori magistratu Hoc modo tri-
 plex apud Aristot̄ophum acquiritur
 Tyrannis. Prima est, quando in De-
 mocrati tribuni p̄p̄lebis fiunt Tyran-
 ni. Secunda est, cum quis summum
 adeptus magistratum invadit Tyran-
 nidem. Tertia est propria Oligar-
 chie, quæ quæ sit tenens majorem ma-
 gistratum ex Oligarchia facit Tyran-
 nidem. 55. Pol. 6.

112. Tyrannus est vel occupatione, vel
administratione, vel occupatione & ad-
ministratione simul. Tyrannus oc-
cupatione est, qui mediis illicitis ar-
 tibus ad se rapit imperium; quam-
 vis eodem non male praesit. Admi-
nistratione est, qui quidem legitime
 constitutus, sed tamen imperium
 in civium perniciem vertendo,
 Tyrannus.

Tyrannicè gubernat. Occupatione & administratione est, qui nec legitimè constituitur, nec quoq; rempubl. administrat rectè.

13. Inter Regnum & Tyrannidem ambiguus est *Dominatus*. Est autem Dominatus Monarchia, in quâ *summa potestas est penes unum primariò bonum privatum, secundariò bonum publicum spectantem*. Nota, quæ Dominatum constituit, est, quòd primariò bonum privatum, secundariò bonum publicum spectet.

14. Oligarchia est Respubl. simplex, in quâ summa potestas est penes paucos. Hujus regiminis differentia est, quòd summa potestas sit penes paucos. Quibus verbis differt 1. à Monarchiâ, quòd uno plures imperent. 2. A Democratiâ, quòd pauciores universis Rempubl. administrant. Notabis, summam potestatem esse penes omnes simul sumptos, adeò

adeò ut illi *conjunctim* idem, quod rex in regno, imperium habeant, & quidem *indivisim*, ut nullus, altero inconfulto, aliquid facere possit.

15. Dividitur in Aristocratiam & Oligarchiam in specie ita dictam. Quæ divisio à fine, quem imperantes intendunt, petitur. Quando communem utilitatem quærunt, Aristocratia dicitur; ubi verò salute subditorum sepositâ, quæstui student, *Oligarchia* vocatur. Prior status perfectus, posterior corruptus appellari solet.

16. Aristocratia est, in quâ summa potestas est penes paucos, bonum publicum spectantes. Quæ definitio ex 3. Pol. c. 5. desumpta est. Discrimen accidentale, quo à statu corrupto separatur, est, quòd pauci illi penes quos summa imperii residet, potestas, bonum publicum spectent.

17. Oligarchia est, in quâ summa potestas est penes paucos, bonum privatum

rum spectantes. Differentia, quæ ab Aristocratiâ discernitur, est, quòd in hoc statu potestas sit p̄ces paucos, bonum privatim spectantes

188. Et in hoc rōtantiū multū imperantes uni eē suum commodū, sed etiam, ubi primariū suum, secundariū subditorum querunt. Prior Oligarchia modus magis corruptus est; posterior verò inter Aristocratiā & Oligarchiam, in specie sic dictam, ambiguus est, ut Dominatus inter Regnum & Tyrannidem.

119. Democratia est, in quâ summa potestas est p̄ces universos. Differentia, quæ Reipubl. Democraticam constituit, & per quam à reliquis separatur, est, quòd potestas sit p̄ces universos, vel populum, sive multos, & populum in necessitate universi, patricios etiam & senatoribus communitis, significatur.

220. Resiste autem in hac potestas p̄ces

ites

nes omnes, *conjunctim* & *indivisi-
sum* sunt, & proinde omnes, quate-
nus *conjunctim* & *indivisi-
sum* sunt, imperantes sunt, ac imperantes,
per quos imperant, constituunt;
quatenus vero *scorsim* considerantur,
& ut singuli, subditi sunt, illisque,
quibus jura summæ potestatis à
populo oblata sunt, obedire tenentur.

221. Dividitur in *Politiam* & *Democ-
ratiam*, specialiter ita dictam. Ultra-
que essentiâ conveniunt, accidentar-
liter verò differunt.

222. *Politia* est, in qua summa pote-
stas est penes populum, bonum publicum
spectantem. In hoc statu requiritur, ut
summa potestas sit penes populum,
bonum publicum spectantem. Est
hoc, quando omnium, utpote æqua-
lium, hoc est tam pauperum quam divi-
tum salus unice queritur.

223. *Quæ utilitas ut obtineatur, impe-
rant-*

nendum est secundum leges, quæ à prudentibus sanciantur, & populi confirmantur autoritate. Quæ autem nec à legibus nec à magistratû dijudicari possunt, ibi ad suffragia viri- tim omnes convocandi non sunt, ne pauperes votorum pluralitate solùm vincant, & vota divitum nihil vel parum valeant; sed videndum est, ne divites præ paucitate minus, & plebeji præ multitudine plus possint.

24. Democratia est, in quâ *summa potestas est penes populum, bonum plurimorum spectantem*. Ad Democratia constitutionem requiritur, ut multitudo, quæ summam potestatem habet, suam utilitatem attendat. Fit hoc, quando id, quod pluribus conducit, intenditur, non sine cæterorum civium damno. Ergò plebs improba pro suo arbitrio agit omnia, cum detrimento Reipubl. & primorum

rum

rum civium, ita ut quærat libertatem, quam in eo ponit, ut omnes alternatim gubernent & pariant, & ut pro arbitrio vivere liceat.

CAPUT VI.

DE

REPUBLICA MISTA.

1. Mixtam Rempubl. explicat *Aristot. 9. Pol. 9.* De mixtione acturus oculos in summam potestatem, num ea distribui possit, conjiciat. Neque hoc impossibile est, cum distinctæ sint summæ potestatis particulæ. Nam alia in judicando, alia in exigendis tributis, alia in constituendo magistratu, & alia deniq; in bello indicendo consistit.

2. Respubl. mixta est, ubi penes plures summa potestas est conjunctim
& di-

Et divisim. Admixtam rempubl. requiritur, ut penes uno plures summas potestas sit *conjunctim & divisim*. Hinc hoc, quando summa potestas penes imperantes *conjunctim* est, ita ut unus seorsim h. e. sine alterius consensu aliquid decernere possit.

33. Itaque mixta respubl. in eo consistit, ut in quodam loco vel idue, vel tres respub. simplices permittantur, ita ut quælibet quædam summi imperii partes habeat, quædam non omnes, h. e. tota regni potestas sit penes omnes, *conjunctim* sumtos.

44. Deinde notandum est, hanc mixtionem modis diversiss. posse fieri. 1. Mixta respub. oritur ex Monarchia & Oligarchia. 2. Hæc Monarchia & Democratia. 3. Hæc Oligarchia & Democratia. 4. ex Monarchia, Oligarchia & Democratia.

55. Dividitur in *Rectam & Corruptam*.
Fundam-

Fundamentum divisionis ex prioribus conspicuum est. Respubl. mixta recta est, *in quâ plures summum imperium habent divisim, ac bonum publicum spectant.* Constat hæc mistio vel ex Regno & Aristocratiâ, vel ex Regno & Politiâ, vel ex Aristocratiâ & Politiâ, vel denique ex Regno, Aristocratiâ & Politiâ.

6. Denique mixta corrupta est, *in quâ plures summum imperium habent divisim, ac bonum privatum spectant.* Miscetur vel ex Tyrannide & Oligarchia, vel ex Tyrannide & Democratiâ, vel ex Oligarchia & Democratiâ, vel denique ex Tyrannide, Oligarchiâ & Democratiâ.

7. Tandem circa hoc caput notabis tria: 1. In mistis rebuspub. simplices respublicas integras nec esse, nec esse posse, sed partim esse, partim verò non esse. 2. In mistis rebuspubl. quandoque illam simplicem formam do-

F

minari

minari. 3. Omnem rempubl. mixtam
 à simplicibus formaliter differre.

SECTIO II.

DE

MEDIIS REMPUBLI- CAM CONSTITUEN- TIBUS.

CAPUT I.

DE

SUMMA POTESTATE.

i. Rempubl. excipiunt media, ean-
 dem constituentia. Hæc autem sunt
 partim *partes*, partim *instrumenta*.
Partes sunt *imperantes* & *subditi*; quia
 respubl. est ordo imperantium &
 parentium. De his ut agamus ordine,
 primum imperantibus dabimus lo-
 cum, cum sint reipubl. caput. Non
 autem quosvis imperantes intelli-
 gimus, sed tantum istos, qui summam
 pote-

potestatem sine superiori possident.
Etenim Magistratus sunt instrumen-
ta, per quæ summa potestas, quam
Majestatem vocant, suum imperium
exequitur.

2. *Majestas est summa potestas in
civitate ubiq;*. Quam definitionem
3. *Pol. c. 6. & 7.* invenire licet. Ad
magistratum requiruntur quatuor:
1. ut sit potestas. Quæ vox imperium
notat 2. Ut si summa. Summa pote-
stas est, quæ in republ. superiorem
non agnoscit. 3. Ut sit summa pote-
stas in civitate. Quâ voce à potestate,
quæ ante civitates penes parentes re-
sidebat, differt. 4. Ut sit summa pote-
stas ubiq; i. e. non tantùm in quibus-
dam, sed in omnibus.

3. Hinc sequitur, *Majestatem à legi-
bus liberam esse.* Nam cum omnes
leges à vi superiori armentur, supe-
riorem autem *Majestas* non agno-
scat, etiam legibus erit soluta.

Absolvit tamen hæc ratio imperantes tantum à legibus positivis, quòd supremi sint in imperio. Nihil obstat, quò minus subjecti maneant DEO & naturæ legibus; quorum respectu etiam subditi sunt.

4. Porrò sciendum est, Majestatem esse totum potestativum, i. e. ex varijs partibus congregatum. Partes autem nihil aliud sunt, quàm summæ in rebus variis potestates, quas nonnulli malè *regalia*, nonnulli *jura regni* vocant.

5. Ad jura majestatis pertinent 1. potestas ferendi quascunq; leges. 2. Extrema provocatio. 3. Potestas instituendi magistratus. 4. Jus exigendi tributum & vectigalia 5. Jus tractandi arma, pacem pangendi, & sanciendo fœdus. 6. Jus cudendi variam monetam. Ad jura majestatis referimus vias publicas, flumina navigabilia, portus, ripatica, thesauros in
locis

locis publicis inventos, & res pro de-
relictis habitas. 8. His annumerant
potestatem conferendi dignitates,
convocandi comitia, & curam circa
religionem. Nam, ut Philosophus ait
7. *Pol. c. 8.* cultus divinus est ex nume-
ro eorum, sine quibus civitas esse
non potest.

CAPUT II.

DE

BELLO.

1. Bellum est *dissidium armatum duo-
rum contrariorum exercituum.* Genus
est dissidium armatum, quod etiam
duello competit. Differentiam con-
stituit exercitus: quâ differt à duel-
lo, quod est hominum vel duorum,
vel pauciorum, qui exercitum non
constituunt.

2. Porro oportet, ut duo contrarii
exercitus faciant bellum; quia unius

F

3

partis

partis exercitus bellum non creat. Nam in bello debet esse pugna, quæ in uno, quatenus unus est, non datur. Militia dici potest, sed non bellum. Ergò utriusq; hostis exercitus, cum primis quando invicem pugnat, et relique confligit, bellum constituit.

3. *Causa exercitus efficiens est eadem, quæ belli, is nimirum, penes quem est summa potestas. Finis belli est pax, quæ nunquam debet esse perniciosior bello.*

4. *Materia sunt res & persona. Personæ non promiscuè, sed cum delectu sunt congregandæ. Excluduntur quidam secundum quid, ut Clerici, sponsi & ædificantes domum aut vineam; quidam verò simpliciter, ut infames, relegati, adulteri, rei capitalis criminis & publicis damnati iudiciis.*

5. Personæ ad bellum necessariae sunt vel gubernatores vel milites. Gubernatores

bernatores vel sunt *superiores*, vel *inferiores*. Summi ducis requisita debent esse scientia, virtus, providentia, autoritas & fortuna. Miles sit civis robustus, & rei militaris peritus. Distinguuntur dupliciter. 1. In *tyrones* & *veteranos*. 2. In *equites* & *pedites*. Exercitum conservant stipendia & disciplina, quæ bonis præmia, malis supplicia decernit. Ad res pertinent arma, pecunia & commeatus.

6. *Forma* in hoc consistit, ut milites conscripti decenter distribuantur ad evitandam confusionem. Inde varia militum oriuntur officia, & variae prodeunt classes.

7. Bellum dividimus in *justum* & *injustum*. Bellum justum est, quod à personis legitimis ob justam causam bonâ intentione & modo geritur.

8. Ad justum bellum requiruntur quatuor: 1. Legitimæ personæ. Legitimæ autem personæ sunt, penes

quas est summa potestas 2. Justæ belli causæ ; ut sunt aptitudo ad parendum, subditorum inobedientia, vindicta illatæ injuriæ, defensio reipublicæ, cognatorum atq; amicorum. 3. Bona intentio. Est autem belligerantis bona intentio, quando id unicè intendit, quomodo bonum reipubl. promoveat, & cōtrâ devitet malum. 4. Legitimus modus. Hujus respectu bellum dicitur justum, in quo habetur justitiæ ratio, & militis cohibetur petulantia.

9. Bellum injustum est, *quod à personis illegitimis ob injustas causas malâ intentione & modo geritur.* Cujus definitionis sensus ex thesi proximè præcedenti patet. Injustis belligerandi causis Philosophus annumerat imperandi amorem & privatum commodum

CAPUT

CAPUT III.

DE

SUBDITIS.

1. In genere *parentes*, seu *subditi*, dicuntur, qui in aliquâ rēgione vivunt. In quâ significatione dividuntur in subditos secundum quid, & subditos propriè dictos. Subditi secundum quid vocantur, qui tantûm in plerisque magistratui obligantur, adeoq; quibusdam duntaxat generalibus privilegiis utuntur.

2. Dividuntur in *peregrinos* & *incolas*. Peregrinus est hospes, qui in aliquâ republ. versatur, in quâ neq; domicilium habet, neq; pars reipubl. est. Incola est, qui in alienam republ. domicilium suum contulit. Differt 1. à peregrino, dum in illâ republ. in quâ vivit, domicilium habet, 2. A cive, quòd habitet in alienâ republ.

F S

republ.

republica. Hinc nullius honoris particeps fieri potest, quamvis civilia sustineat onera.

3. In specie & propriè ita dictos subditos dicimus eos, qui summæ subjiciuntur potestati. Nomine subditorum hîc veniunt omnes, qui non sunt imperantes, ut in regno omnes, præter regem, in Aristocratiâ omnes exceptis optimis, conjunctim sumtis, in Politia omnes divisim sumti. In mixtâ deniq; republ. potest aliquis esse imperans & parens simul.

4. Verus subditus est altera *reipub. pars, quæ summæ Majestati quoad omnia obligatur, atq; omnibus reipubl. privilegiis fruitur.*

5. Dividuntur vel ratione *dignitatis*, vel ratione *gubernationis*. Respectu dignitatis sunt vel *Ecclesiastici* vel *Seculares*. Ecclesiastici sunt, qui circa res occupantur sacras. His primum concedimus locum; quia res sacras tractant,

tractant, parentes animarum existunt, & pro dignissimis, secundum omnium sententias, in civitate semper fuerunt habitati.

6. Seculares sunt, qui circa res civiles occupantur. Hos dividimus in *nobiles* atq; *ignobiles*, voce nobilitatis latè acceptâ, nempe ut includantur omnes subditi post imperantes usq; ad plebem. Nobilitatis fundamentum est virtus, quæ vel est majorum vel propria. Modo priori aliquis nascitur talis, posteriori primum fit.

7. Fit autem nobilis, quando talis declaratur ab eo, penes quem est nobilitatem conferendi potestas, propter virtutem vel moralem vel intellectualem. Ad priorem ordinem referimus milites, ad posteriorem literatos. E doctorum numero sunt Jcti, Medici, Philosophi, periti linguarum, Oratores & Poëtæ.

F 6

8. Cum

8. Cum doctorum ordine coincidit
militaris, Nam sicut literatis in pace,
ita militibus opus est in bello. Aliàs
militia per se non nobilitat.

9. Plebei sunt, qui sordida officia
tractant. Sordida autem officia di-
cuntur, quæ ad quæstum virtute se-
positâ omnia dirigunt.

10. Dividuntur in *primarios & se-
cundarios*. Primarii sunt, qui officia
magis honesta tractant, & sine quib9
simpliciter respub. esse non potest; ut
sunt agricolæ & mercatores. Nam res-
publ. sine alimento esse nequit.
Deinde cum non omnis tellus o-
mnia ferat, aliunde necessaria ap-
portanda sunt.

11. Agricolas mercatoribus præfe-
rimus. Nam 1. alimentum necessariû
præbent. 2. Modus acquitendi ex a-
gris est admodum honestus, cum re-
liqui ab ipsâ justitiâ paulatim desce-
dant. 3. Ex agris milites generantur

iique strenui, 4. Agricolaë mandatum
Dei *Gen. 3. v. 17.* exequuntur feliciter.

5. Studium agriculturæ est omnium
jucundissimum.

12. Circa mercaturam observa duo:

1. Magistratus rationem mercaturæ
habeant, ne res minus necessariae im-
portentur, pretiosæ verò exporten-
tur: & ut mercaturæ finis sit ali-
quale laborum stipendium. 2. Mer-
caturam vel esse *tenuem*, vel *copio-
sam*.

13. Secundarii sunt, qui officia
viliora tractant, & qui non simpli-
citer ad rempubl. sunt necessarii.
Quos iterum distingvimus per offi-
cia, quorum alia aliis magis honesta
sunt. Honestiores vocamus, quorum
utilitas magna est.

14. Hi iterum variant. Nam qui-
dam victum procurant, quidam am-
ictum: alii valetudinem, nonnulli fas-
brilia

brilia tractant. Inhonestiores vocamus, vel qui ludicra tantum sectantur, vel qui magistratus exeqvuntur sententiam, vel qui in sepeliendis corporibus sunt occupati.

15. Respectu gubernationis subditi dividuntur in *tribus* & *societates*. Tribus est, in qua omnes ad unum revocantur caput, ab eo denominantur, & ab aliis distinguuntur. Pars tribus decima fuit *curia*, certis sacris alligata & loco. Pars curiae est *decuria*. Praefecti tribuum dicebantur *tribuni*, *chiliarcae* & sic porro: qui vero ipsis praerant curiis, *curiones*, qui decuriis, *Decuriones*.

16. Societas est unio certa civium, sine respectu ad sanguinem, sive denominationem unius, instituta ad amicitiam civium firmandam, servandamque distinctionem eorum, qui

qui vel eadem, vel diversa tractant, itemque ad melius excolendas artes.

17. Societates dividuntur in *collegia*, *corpora ac universitates*. Collegium est societas hominum, similia & ejusdem professionis. Numerus collegarum consideratur vel ratione *constitutionis*, ubi tres ad minimum requiruntur, cum inter duos non detur, qui discordias dirimat; vel ratione *conservationis*, ubi per duos, imò per unum conservatur. Omnes sunt ejusdem conditionis, studii & professionis, sed non dignitatis & potestatis. Collegii præfecto, quem Decanum vocant, major est singulis, minor universis.

18. Dividitur in *summum*, quod in nostro imperio est Electorum, & *inferius*, quod est vel *literatorum*, vel *secularium*. Literatorum collegia vel sunt *Scholastica* vel *Ecclesiastica*.

Hæc

Hæc iterum vel *Canonicorum*, quorum munus fuit sacram interpretari Scripturam, vel *Monachorum*, quorum beneficio juvenes in artibus & principiis Catecheticis instituebantur. Deniq; secularium collegium, vel sunt *magistratum*, vel *subditorum*.

19. Corpus est societas ex diversis collegiis collecta & instituta. Est vel *illiteratorum*, vel *literatorum*. Corpus literatorum complectitur diversa hominum, literas & disciplinas non tractantium, collegia. Corpus literatorum in specie appellatur *Academia*, vel *Universitas*.

20. Academiam constituunt res & personæ. Ad res pertinent ædes, redditus atque alia necessaria. Personæ sunt vel *docentes* vel *discipuli*. *Docentes* quondam nominabantur *Lectores*, hodiè *Professores*; in quibus requiritur *excellens eruditio*, & *docendi*

di

di dexteritas, cum facundiâ conjuncta.
 Dilcentes sunt studiosi, quorum pri-
 mus in Germaniæ Academiis in-
 gressus fit per *ritus depositionis*, quem
 excipit *præstatio juramenti ac inscri-
 ptio*. Huc deniq; pertinent privilegia,
 poenæ & honores.

21. Universitas est societas ex
 collegiis & corporibus constans.

CAPUT IV.

DE

*Officiis reipubl. in genere & in
 specie de Senatu & Ma-
 gistratu.*

1. Hæc de partibus rempubl. consti-
 tuentibus; sequitur, ut instrumenta
 consideremus. Vocamus autem
 instrumenta, quibus summa potestas
 in gubernando utitur, ut omnia de-
 center atq; ordine fiant; cujusmodi
 sunt *Officiales & leges*.

2. Of

2. *Officiales sunt personæ, quas summa potestas ad res vel publicè vel privatim gerendas adhibet. De officialibus, seu vicariis, Phil. agit. l. 4. Pql. 14.*

3. Circa officiales notabis *munus & personas* ipsas. Ad munus referimus *vocationem & salarium*. Quoad vocationem observa, publica officia declinare posse neminem, nullum etiam eadem rectè ambire. Prius non fit rectè. Aliàs namq; respubl. gubernatoribus destituetur, aut recidet ad indignos. Posterius quoque erit damnandum. Nam ambitus solet habere comitem aut precium, aut alios illicitos mores.

4. Salarium sit optimum ob duas rationes: 1. quia qui publico officio præest, res privatas negligit. E. ex publico ipsi vivendum erit, ut unâ cum suis vitam tranfigat honestè. 2. Ne cupi-

cupidinem in subditorum conver-
vertat bona, aut ab iis extorqueat
munera.

5. Circa personas quinque sunt
obervanda: 1. Officiales sint inqui-
lini. Nam onera reipubl. ferunt,
amore longè firmiori prosequuntur
eandem: & quia cives imperium pe-
regrini ægrè ferunt. 2. Ad guberna-
tionem apti. Aptus est ille, qui probus,
ex optimis parentibus est natus, &
denique virtutibus pollet. 3. Plures
consanguinei non sunt consocian-
di. Ratio hæc est; quia aliàs con-
spirationem colunt: & cæterorum
superantur & prævertuntur vota.
4. Divites pauperibus sunt præfe-
rendi. Nam divites sunt amantiore
patriæ, cum ex ejus interitu plus per-
dant, quam pauperes. 5. Unus uni
tantum præferatur officio. Id enim
magis ex reipubl. usu est, tum ut u-
nus unum officium rectius admini-
strare

strare discat, tùm quòd ad plura bene gerenda unus non sufficiat.

6. *Officiales dividuntur in ordinarios atq; extraordinarios. Ordinarii sunt, quorum officia legibus definiuntur. Nonnulla officia reipub. ita necessaria sunt, ut iis carere non possit; ideoq; ordinaria sunt, & definiuntur legibus. Quædam verò extra ordinem imperantur ad expedienda ea, quæ præter spem accidunt.*

7. *Ordinarii dividuntur in eos, qui consilio, & qui auxilio juvant. Priores appellamus consiliarios, vel senatores, posteriores verò magistratus.*

8. *Senatus sunt officiales ordinarii, qui habent consentiendi decernendiq; facultatem, non verò imperandi. Senatus officium est, decernere, nunquam imperare, cùm penes senatum nullum sit imperum, vel jurisdictio,*

ctio, nisi forsan simul sustineant Ma-
jestatis partem.

9. Numerus senatorum est incertus.
In electione observetur, quinam sine
eligendi, ætas & virtus. Senatus ex
magistratu, qui remp. administravit,
eligatur. Ætas sit senilis, cum, quò se-
niores sumus, eò plus experientia
habeamus. Virtus est vel *generalis*, ut
prudentia, vel *specialis*, *fidelitas* nimi-
rum & *taciturnitas*. Consultant
ut habet *Arist. 1. Rhet. 4.* de pecuniâ
comparandâ, de bello suscipiendo,
conservandâ pace, custodiâ regio-
nis, de importandis atque exportan-
dis, & denique de ferendis legi-
bus.

10. Magistratus est *potestas ordi-
naria, ex lege ad res reipubl. gerendas à
summâ potestate concessa*. Magistratûs
proprium est imperare. Loco generis
ponitur *ordinaria potestas*: quibus
verbis respicimus ad *senatores & cu-
ratores*.

ratores. Illi nullam, hi potestatem
extra ordinem concessam habent.
Deinde dicitur ordinaria potestas, à
supremâ majestate concessa. Nam
hæc magistratûs potestas legibus su-
perioris, qui summâ potestate gau-
det, circumscribitur. Tertio additur:
ad res reipublicæ gerendas. Vox rei latè
sumitur. Nam inferior magistratus
non tantùm circa res proprie dictas,
sed quoque personas, actiones &
mores occupatur.

II. Magistratus dividitur in *ge-
neralem & specialem.* Nota, quòd
magistratus variè possit dividi, ut
habet *Aristot. 4. Pol. 16.* Nostra divisio
à naturâ magistratûs sumitur. Natu-
ra autem magistratus consistit in rei-
publ. cura. Hæc est vel *universalis,*
vel *particularis.* Illa *generalem,*
hæc *specialem* constituit *magistra-
tum.*

12. Generalis magistratus est, cujus
cura

eura in providentia de salute totius
reipubl. versatur. Huic magistratui
cum primis in Politiâ atq; Oligarchiâ
viri prudentissimi sunt præficiendi.
Summa tamen potestas cavere hîc
debet sedulô, ne talis magistratus ni-
miâ potentiâ armetur. Nam id po-
litix & Oligarchix sæpissimè exitio
fuit.

13. Specialis magistratus vel cir-
ca publicos redditus, vel circa justitiam occupatur; suntq; *questor*,
judex & *ensor*. *Quæstor* est officialis
ordinarius, *qui publico arario præ-*
est. Tria sunt *quæstoris* requisi-
ta: scientia Arithmeticæ, fide-
tas & diligentia locupletandi fi-
scum.

14. *Judex* est officialis ordinarius,
qui de re aliquâ vel jure suo, vel sum-
mi magistratus autoritate cognoscit &
judicat. Hinc sequitur, quòd verse-
tur circa justitiam. Hæc autem quia
vel

vel est *commutativa* vel *distributiva*; hinc quoque ad judicem pertinet criminibus definire æqualiter pœnas, & virum benè meritum præmiis afficere. Judicem constituunt sequentia: 1. Scientia juris. 2. A peccato, quod iudex damnaturus est, immunitas. 3. Affectibus carere debet. 4. Utrumque litigantem audire. 5. Non præcipitare sententiam.

15. Censor est officialis ordinarius, qui moribus præponitur, ut dirigat, corrigatque ea, quæ legibus definirî non possunt. Quæ definitio ex *Politica Lipsii* desumpta est. Censorum officium Politici faciunt duplex: Primum consistit in numeri, ætatis, ordinis, conditionis, dignitatum, possessionum, civium æstimatione & descriptione. Alterum circa mores emendandos versatur.

16. Extraordinarii officiales sunt,
quo-

quorum officia legibus definita non sunt. In genere *Curtores* appellari solent, quorum tot possunt esse differentia, quot magistratum. Quidam plenam potestatem accipiunt, ut *Proconsules*, *Proreges*, *Administratores*, & *Dictatores*. Quibusdam summæ potestatis mandata, extra ordinem peragenda, dantur. Inter hos familiam ducunt *Legati*, qui ad alias respublicas mittuntur, vel ad componendam pacem, vel foedera jungenda, amicitias contrahendas & conjugia, vel ad bellum indicendum, vel ad alias res gerendas.

CAPUT V.

DE

LEGIBUS.

I. Lex est jussum à summâ potestate promulgatum. Efficiens est summa potestas, quæ in regno est penes regem,

G

in

in Aristocratiâ penes optimos, in Politicâ penes populum. In mixtâ republicâ hæc potestas nulli parti committi poterit soli; quia cum illâ conjungitur imperium omnium rerum. Hic nihil refert, siue ipsimet imperantes condiderint leges, aut ab aliis latus receperint liberè, inq; suis rebus publ. jusserint valere.

2. *Materia* sunt sola contingentia, quæ hominum subjiciuntur voluntati. *Forma* est promulgatio, cum leges aliàs nullam obligandi habeant vim. Obligant autem saltem eos, quibus latae sunt.

3. Lex dividitur: 1. *in scriptam & non scriptam*. Quæ divisio est Philosophi *l. 1. Rhet. c. 13*. Lex scripta est, quæ *scripto præcipit, quid sit agendum*. Lex non scripta est, quæ *vivâ voce præcipit, quid sit agendum*.

4. Deinde in *fundamentalem & non fundamentalem*. Lex fundamentalis

talise est, quæ *imperantibus agenda præ-*
scribit. Lex non fundamentalis est,
quæ *subditis agenda præscribit.*

5. Tertiò in *universalem & par-*
ticularem. Universalis est, quæ in *uni-*
versali republ. valet. Particularis, quæ
in aliquâ saltem republ. valet.

6. Cùm a. varia sit legis materia, atq;
itidē varia sint, quæ à legibus jubentur
& prohibentur; hinc nonnulli
eandem divisionem efferunt ita, ut
legem dividant in *affirmativam &*
negativam. Cujus divisionis funda-
mentum 5. *Eth. 3.* extat.

7. Quartò in *justam & injustam.*
Justa est, quæ *rectè posita est.* Injusta
est, quæ *injustè posita est.* Quæ divisio
5. *Eth. 3. & 3. Pol. II.* legitur. Ut de
naturâ reipub. non est, *rectam vel vi-*
tiosam esse; ita nec de naturâ legis
est, ut sit *vel recta vel vitiosa.*

CAPUT VI.
DE
EDUCATIONE.

1. In hoc capite agendum est de educatione, cujus tanta vis est, ut probè educatis legibus opus non sit. Contra verò ubi institutio negligitur, vel non rectè curatur, frustrâ fanciuntur leges, cum frustrâ impetretur ei, qui obedire non didicit. De educatione agit *Arist. 7. Pol. 17.* & toto octavo libro. Definitio est talis: *Educatio est cura de rectè instituendâ juventute.*

2. *Objectum* educationis est *juventus*. Cùm autem homo constet animâ & corpore; ideoq; cura de educatione concernit vel *corpus tantùm*, vel *animam & corpus simul*, vel *animam tantùm*.

3. Corpori accidunt *auctio, formatio*

tio & consolidatio. Auctio est totius, formatio partium, consolidatio autem totius & partis simul. Auctio- nem corporis promovent *alimentum & motus.* Alimentum sit lac mater- num: aut si illud haberi non potest, alterius alicujus nutricis, quæ ætate & valetudine matrîmaximè accedit. Nam lac matris corpori infantis maximè est accommodatum, cum simile sit ei alimento, quo foetus in utero fuit nutritus.

4. Motus fit, quando infans in cu- nis movetur, atque in ulnis gestatur. Hoc moderato motû corpus infan- tis est exercendum, ut calor natus in eodem excitetur & vitiosi humo- res, quibus infantes plerumque ab- undant, dissipentur.

5. Circaformationem cavenda est *διαστολή*, hoc est, distortio mem- brorû, per quædam ligamenta, ne in- fantis corpus fiat gibbosum: aut cru-

ra vel brachia, quorum ossa sunt mollia & quasi cerea, incurventur aut distorqueantur.

6. Ad soliditatem conducit, secundum Philosophum, infantes ad frigoris tolerantiam adsuefacere. Id enim tum ad valetudinem, tum ad bellicas actiones aptissimum est. Ad valetudinem conducit; quippe externum frigus retinet calorem infra corpus, ut coarctetur; & hoc modo concoctio ciborum fiat melior. Prodest sequenti ætati, ut, exigente necessitate, non ita facile à frigore corpora lædantur.

7. Ad animam & corpus simul pertinent sermonis *formatio*, *ludi* & *ploratus*. Sermo decenter est formandus. Nam decens, articulata & suavis oratio magnam homini conciliat benevolentiam. *Arist. sect. 2. prob. 30.* turbidè & inarticulatè loquentes

quentes appellat *τραυλοῦς, Φελλοῦς*
& *ισχυροφώνους*, hoc est, *blasos, bal-*
bos & *hesitantes*.

8. Ludi consistunt in *actionibus*
& *mutuis colloquiis*. In ludis vel tan-
tūm corpus exercetur, vel corpus &
mens simul, vel sola mens. Colloquia
sint de fabulis, apologis, ænigmati-
bus, omnibusque ijs, quæ de rebus
utilibus, necessarijs & gravibus pue-
ros in futura ætate commone-
re possunt.

9. Ploratus, clamores & vehemen-
tiores vocis contentiones ad corpo-
ris augmentum faciunt. Nam spiri-
tus, circa cor compressi, postea, ubi e-
rumpunt, arterias distendunt, ner-
vos laxant, atque sic corpus magis
robustum reddunt.

10. Quæ ad *animam solūm* perti-
nent, ea ad *comitatem, temperantiam*
& *sapientiam* ducunt. Ad comitatem,

puero inprimendam, facit, dare operam, ne puer verfetur cum servis, mercenarijs & similibus abjectis hominibus, quòd tales plerumque tantum inter fe nugentur, & turpia loquantur atque agant. Talia autem fint procul à pueris; quibus boni mores sunt instillandi ob conversationem; quippe ad conciliandam hominum benevolentiam nihil bonis moribus magis accommodum est.

II. Ad temperantiam facit, diligenter cavere, ne pueri turpes picturas, tabulas aut statuas videant: aut impudicos Poëtas, obscœnas fabulas & historias legant: aut sint spectatores Comœdiarum, in quibus personæ inhonestæ, de amoribus atque alijs lascivijs colloquentes, introducuntur, turpesque nō rarò repræsentantur gestus. Hæc enim scandala serunt, & intellectui turpium rerum ingerunt

runt imagines, ita ut earum memoria vix postea possit eximi. Unde non potest non suboriri luxuria.

12. Sapientia obtinetur, quando pueri incipiunt esse spectatores eorum studiorum, in quibus perfecte cognoscendis ipsimet aliquando se exercere diligentius suamque vitam consumere debent. Hoc etenim aspectu puerorum animi ad illorum studiorum amorem magis accendi inflammarique solent.

13. Educatio dividitur trifariam: 1. In eam, quæ adhibenda est temporæ infantia. 2. In eam, quæ adhibetur tempore pueritiæ. 3. In eam, quæ est ipsius adolescentiæ. Ut ætates in infantiam, pueritiam & adolescentiam distinguimus: ita eodem modo educationem non malè dividere possumus.

14. Aristoteles primum ætatis hominis septenarium secat in infantiam

G

s

fantiam

fantiam, quæ est duorum annorum, & in pueritiam, quæ ad finem septimi anni sese extendit. Eandem iterum distribuit in primam pueritiam, quæ est tertij, quarti & quinti anni, & extremam pueritiam, quæ sexto septimoque absolvitur. Adolescentiam determinat ab anno septimo ad vigesimum primum.

15. Jus civile per infantiam intelligit septennium primum, per pueritiam alterum, quod sequitur, septennium. Inde eidem initium sumit adolescentia, atque anno vigesimo quinto clauditur.

16. Ad infantiam pertinent, quæ suprâ fuerunt dicta de nutrimento, corporis motu, membrorum rectitudine atque frigore. Ad pueritiam (in sensu Philosophico sumtam) referimus, quæ proferebamus de fingendo sermone, ludis, ploratû, con-

VCR-

versatione puerorum cum servis & ancillis, turpiloquio, jambis & comœdijs.

17. Extremam partem pueritiæ, philosophicè sumtæ, cum Philosopho consecramus aliquali futurorum prægustui. Nam pueritia quoque aliquid discece potest, si magistrum idoneum habet; idque ludendo potiùs, quàm laborando; ut non opus sit aliquod, sed delectatio, non necessitas, sed voluntas.

18. Educatio, quæ circa pueritiam, prout eam jus civile sumit, versatur, sequentibus ferè includitur præceptis. 1. *Puer septem annorum ad publicam scholam ducatur.* 2. *In scholis informetur ad minimum, usque dum legere & scribere sciat.* 3. *Ingenium cuiusque exploretur. Si fuerit aptum, studia continuentur; sin minus, ad alias tractandas artes divertantur.* 4. *Prima institutio tum in legendo, tum in scribendo,*

G

6

fiat

fiat ex verbo Dei. 5. Ad quamlibet linguam & artem discendam unus adhibeatur præceptor, benè exercitatus & fidelis. 6. Una lingua & ars uno tempore & discenda & tradenda est. 7. Moderatio ubique adhibenda est: & ad rectam rationem, tanquam ad Lydium lapidem, examinanda sunt singula.

19. Educatio in adolescentiâ, in sensû juris civilis acceptâ, tribus præceptis absolvitur: 1. Adolescentiæ vita incipit esse liberior; ideoque videndum sedulò erit, ne degeneret filius. 2. Curandum est, ut artes, in virili ætate utiles, discat. 3. Certum vitæ genus adolescens eligat, & animum vel ad certam facultatem, vel ad alia honesta negotia applicet.

CAPUT

CAPUT VII.

DE

Rerumpublicarum mutatione.

1. Sic imperantes & subditos, nec non instrumenta, per quæ summa potestas inferioribus imperat, absolvimus; restat, ut de *rerump. mutatione & conservatione* agamus. Mutatio, seu corruptio reipubl., generaliter vocatur, quando una mutatur in aliam, sive in bonam sive in malam mutetur. Specialiter *8. Eth. 12.* corruptiones dicuntur *transgressiones*, hoc est, respub. ex rectis prolapsæ.

2. Mutatio reipubl. est, quando *forma administrationis reipub. alicujus mutatur in aliam formam.* Per formam intelligimus & *essentialem & accidentalem.*

3. Mu-

3. Mutatur respubl. 1. quando recta in corruptam, aut hæc in illam degenerat. 2. Quando recta una mutatur in aliam rectam, formaliter diversam, aut corrupta in corruptam, etiam formâ à priori differentem. 3. Quando idem status reipubl. manet, sed in modo administrandi aliqualis fit mutatio. Ultimus mutationis modus est improprie dictus. Hinc *Arist. 5. Pol. 7.* duos tantum priores retinet.

4. Causa mutationis primò vel est *interna*, vel *externa*. Hic ipsa res loquitur, internis atq; externis modis reipubl. mutari posse. Interna est, quando respubl. mutatur *ab iis, qui in illâ republicâ vivunt.*

5. *Interna* vel est *spontanea* vel *invita*. Spontanea est, quando respubl. sponte & cum gratiâ tum imperantium tum parentium mutatur. *Invita* est, quando respubl. mutatur vel
per

per *fallaciam*, vel *per vim*. Perfallaciam, quando plebi & universo populo astu tam callidè imponitur, ut, quod fit, fieri non sentiat. *Philos. 5. Pol. 8.* rerum publicarum σοφισματα vocat.

6. Vis interna est civium seditio, cujus variæ adduci poterunt causæ: 1. Contumeliosa; civium tractatio, 2. Avaritia, 3. Ambitio, 4. Excellentia, aut nimia potentia, quæ vel unius vel aliquorum esse potest. 5. Metus. 6. Incrementum alicujus ordinis civium vel divitum vel pauperum. 7. Sordida imperantium conditio. 8. Imperantium negligentia, 9. Modicum, i. e. quando parvum futuræ mutationis initium aut non animadvertitur, aut contemnitur. 10. Quando cives non sunt ejusdem gentis, 11. Situs civitatis, vel vicinitas, 12. Dissensio præcipuorum in civitate, 13. Felix quorundam civium
sue-

successus. 14. Quando inter pares æmulatio oritur, ita ut omnes simul imperare velint.

7. Externa est, quando respubl. mutatur ab ijs, qui extra rempubl. vivunt. Fit hoc, quando respubl. alterius formæ, seu sit vicina, seu remota, aliam cuidam populo inducit formam.

8. Deinde causa mutationis vel est *communis*, quæ ad omnes formas referri potest; vel *propria*, quæ ad hanc, vel istam formam pertinet. Utraque potest esse tam *intrinseca*, quàm *extrinseca*. De communi fuit actum; de particulari adhuc dicendum erit.

9. Regnum mutatur: 1. Quando inter regis defuncti filios ac agnatos contentiones oriuntur. 2. Quando regis potestas in Tyrannidem prolabitur 5. *Pol. c. 10.* 3. Quando degener succedit filius. Tyrannis ever-

titus

titur vel à causa externâ, nimirum ab Oligarchiâ, aut ab alia forma; vel intrinsicâ, quando subditi Tyranno resistunt.

10. Aristocratia mutatur: 1. Quando pauci regunt. 2. Quando rejiciuntur virtute vel pares, vel etiam superiores. 3. Quando unus eminent. 4. Quando quidam paupertate premuntur, quidam divitijs abundant. 5. Quando imperantes justitiam evertunt. 6. Quando aliquid omitunt, aut concedunt mutari, quæ ad Aristocratia instituta pertinent. *Aristotel. 5. Pol. cap. 7.*

11. Oligarchia evertitur: 1. Quando remonentur, qui divitijs vel pares, vel etiam superiores imperantibus existunt. 2. Quando inter imperantes discordia gliscunt. 3. Quando magistratus injuriâ afficit populum. 4. Quando, rebus dilapidatis, in subditorum bona impetum facit. 5. Quando

5. Quando milites peregrinos scribit, vel duce externo utitur. *Pol. c. 6.*

12. Politia evertitur: 1. Quando unus reliquos insigniter superat. 2. Quando inter divites & pauperes oriuntur lites. 3. Quando nobiles existunt potentiores plebe, aut plebs nobilibus. 4. Quando uni potestas armorum mandatur. *Pol. c. 5.*

13. Mistra republ. ob quatuor causas evertitur: 1. Quando leges fundamentales non servantur. 2. Quando plura & potiora potestatis jura sunt penes unam partem, pauciora & minora penes alterum. 3. Quando pars una alteri injuriam infert. 4. Quando una pars cum alterâ contendit.

CAPUT

CAPUT VII. & IX.

DE

*Rerumpublicarum conser-
vatione.*

1. Causis mutationis reipubl. agnitis *Phil. 5. Pol. c. 8.* putat, cognitionem conservationis esse perquam facilem. Est autem conservatio, *quâ causa corrumpentes à republ. aver-
tuntur.*

2. Causa conservationis est vel *generalis*, quæ ad omnes formas pertinet; vel *specialis*, quæ ad certas formas pertinet. In genere ad defensionem reipubl. facit, quando summus magistratus sibi commissam rempubl. amat, modum gubernandi novit, & virtutem, cum primis autem justitiam, defendit. *Vide c. 9. l. 5. Arist.*

3. Regnum conservant hæc : 1.
Quando

Quando rex est virtuosus. 2. Quando paterno subditos prosequitur amore. 3. Quando vigilat, ne divites premantur, aut populus injurias sustineat.

4. Tyrannidem conservant duo modi, sibiq; invicem contrarii. Unus est *Tyrannorum proprius*, alter *Sophisticus*. Ad i. 5. *Pol. c. 11.* ubi Philosophus diversa praecepta tradit.

5. Oligarchiam & Democratiam in genere conservant: 1. Stricta legum observantia. 2. Quando recte se gerit magistratus tam erga subditos, quam collegas. 3. Quando unus vel pauci summo magistratu non diu funguntur 4. Quando lites inter magnates legibus caventur, aut exortae componuntur cito.

6. Oligarchiam in specie conservant: 1. Quando populus munericidam, unde aliquid habet lucri, praeficitur. 2. Quando major poena irro-

irrogatur diviti, pauperem lædenti,
quàm pauperi, divitem offendenti.

3. Quando hæreditas non ex testa-
mento, sed ex jure agnitionis & co-
gnationis distribuitur.

7. Democratia conservatur,
quando plebei & pauperes cavent, ne
bona divitum, vel palam vel occultè
diripiantur, aut malis rationibus im-
minuantur.

8. Tandem mixtam rempubl.
tuentur: 1. Quando quælibet pars
suis tenaciter adhæret partibus. 2.
Quando quælibet pars erga aliam,
se rectè gerit. 3. Quando firma est
inter imperantes amicitia, 4. Quan-
do idem justum omnes sectan-

tur.

F I N I S.

LIBER III.
DE
OECONOMICA.

Proœmium.

I.

EXplicatâ Politicâ, ultima Practicæ Philosophiæ sequitur pars, quam *Oeconomicam* vocant. Ita dicitur ἀπὸ τῆς οἰκονομίας. Quæ vox in genere dispensationem notat, ac immediatè derivatur à nomine οἰκονόμῳ, qui ἀπὸ τοῦ οἴκου & νέμειν, hoc est, à regendâ re domesticâ nomen habet.

2. Est autem *Oeconomica Practicæ Philosophiæ*, seu prudentiæ pars specialis, quæ ad rectè constituendam administrandamque domum nos informat.

3. Genus vel est absolutum, vel limitatum. Absolutum est, quod *Oeconomico-*

conomica sit *Practica Philosophiæ pars*. Limitatum est, quòd sit *altera Practica Philosophiæ pars specialis*. Quibus verbis convenit cum Politicâ atq; Ethicâ opponitur. Differentiam sumimus ab adæquato Oeconomicae objecto, quod est domus. Quæ vox certorum Individuorum nobis denotat classem.

4. Ut Politicæ *finis* vel est internus, vel externus: ita quoq; Oeconomica hanc naturam retinet. Internus finis est Oeconomia, seu statûs Oeconomi conformatio & conservatio, atque in Politicâ ipsi reipublicæ respondet.

5. Externum dividimus in *primarium & secundarium*. *Primarius* est beatitudo familiæ, quam summum bonum vocant; quodque hîc loci in exercitio virtutum patrisfamilias, dominæ, servi aliorumq; consistit. *Secundarius* est rerum abundantia.

SECTIO

SECTIO PRIMA

DE

Oeconomica sine.

CAPUT I.

DE

Familia, seu Domo.

1. Proœmium excipit tractatio, in qua explicandus est Oeconomicae finis, qui est ipsa *Oeconomia* atque ejusdem *media*, seu *partes*, Oeconomiam constituentes, hoc est, *Imperantes & Subditi*.

2. Ut autem in Politicâ & antea reipublicæ explicationem *materia*, seu *subjectum*, declaratur: ita etiam hic loci prius dicendum est de *materia*, in quam forma introduci debet. Quod subjectum est familia, seu *domus*.

3. Familia est *societas naturalis hominum consuetudinis quotidiana gratia*

riis constituta. Genus est societas naturalis. Quibus verbis quidem cum reliquis societatibus convenit, sed non cum republicâ. Hæc enim non per societatem, sed per ordinem definitur. Dicitur societas hominum, ne cum pago & civitate confundatur. Hæ enim societates ex familiis & pagis constant.

4. Ad familiam pertinent personæ & res. Personæ, tanquam partes essentielles, constituunt familiam; res verò familiares familiam constitutam sequuntur.

5. Personæ sunt *paterfamilias*, *uxor* & *servus*. Servus inter partes, familiam constituentes, rectè connumeratur; quia est persona domestica, quæ cum suo herô peculiarem domesticæ societatis constituit speciem. Liberi ad familiam referuntur, non tanquam partes, sed ut finis & effectus.

H

6. Hæ

6. Hæ personæ societatis inter se conjunguntur vinculo. Quæ societas est vel *conjugalis*, vel *paterna*, vel *hereditaria*. In Politicis societates considerantur respectivè, hic verò absolutè.

7. *Res familiaris est multitudo bonorum externorum ad familiam benè sustentandam & conservandam aliosque vitæ domesticæ usus constituta.* Loco generis ponimus multitudinem externorum bonorum, ut rem familiarem, tanquam totum integrale, à singulis partibus integrantibus separemus. Finis horum instrumentorum suggerit differentiam,

8. *Rei familiaris partes sunt distinctæ possessiones, ad Oeconomiam pertinentes.* Quæ vox sumitur vel pro *ipsarum rerum proprietate*, vel pro *jure*, quo res absque domini jure detinetur. Prior acceptio, quâ continentur omnia, quæ tribus domesticis

eis

Cis societatibus necessaria, utilia & jucunda sunt, hujus loci est. Nam absque instrumentis nec vivere, nec benè vivere possumus.

9. Omnis autem res familiaris pertinet vel ad vitam simpliciter, ut *cibus & potus*; vel ad vitam commodam, ut *domus, vestis & his non dissimilia*; vel ad vitæ ornamentum, ut *poculum deauratum, pictura, annulus* atq; hujus farinae plura.

10. Possessio alia est *naturalis*; alia *artificialis*. *Naturalis est, quæ in usum hominum à naturâ immediatè producitur*. Naturalis rursus est vel *inanimata*, vel *animata*. Inanimata est vel *immobilis*, vel *mobilis*. *Animata dicitur, quæ vivit, ut animal, ad differentiam plantarum & arborum*. Hæc iterum vel *rationalis*, ut *servus*, vel *irrationalis*, veluti sunt omnis generis *bruta*.

H 2

II. Poss

M. *possessio artificialis est, que ab arte producitur. Est vel continens, vel contenta. Continens est domus, quâ opus est, ut ejus beneficio ab aeris inclementiâ & furum rapacitate tuti simus. Contenta est vel universalis, vel particularis. Universalis est pecunia, quâ paterfamilias omnia, ad domum necessaria, comparare potest. Particularis est omnis generis supellex domestica, quæ in ædibus ad usus Oeconomicos asservatur.*

CAPUT II.

DE

Oeconomica sine, hoc est

Oeconomîâ.

1. Objectum excipit finis, qui dicitur Oeconomia, atque in Politicâ respondet reipublicæ. Est autem Oeconomia ordo familiae, maximè verò patrisfamilias, à quo per leges in subditos gubernatio fluit.

2. Ge

2. Genus est ordo, qui & hinc loci variat, non aliter ac diversi reipublicae status. Quod genus geminâ a nobis restringitur differentiâ; quarum altera ab *objecto*, altera ab *essentiâ* sumitur. Nam cum non quivis ordo Oeconomiam constituat, hæc differentia docet, qualis, & inter quos sit ordo; nemper inter patrem familias, tanquam caput, atque uxorem, liberos & servos, tanquam subditos; & quomodo hoc regimen sit instituendum, scilicet juxta leges.

3. Dividitur Oeconomia primò in *simplicem & mixtam*. Cujus divisionis, ut & sequentium, fundamentum ex Politicâ petendum est. Omnium enim statuum imagines quasdam & similitudines ex domo illâ, in quâ sunt pater & liberi, domus & servus, maritus & uxor, fratres & sobrini, defumi, illarumque naturam quodammodo declarari posse, autor est *Aristoteles 8. Ethicorum cap. 12.*

4. *Simplex Oeconomia est, in quâ potestas imperandi est penes unum, vel penes plures uno indivisim.*

5. Dividitur respectû qualitatum in *Regnum, Dominatum & Tyrannidem*. Patris in liberos imperium βασιλείας σχῆμα ἔχειν, hoc est, figuram regni habere, scribit Philosophus 8. *Ethicorum cap. 12.* Idem 3. *Politici. cap. 14.* dicit: οἰκονομικὴ βασιλεία τῆς οἰκοίας ἐστὶ, hoc est, gubernatio patrisfamilias est regnum domûs. Tyrannidis & Dominatus similitudinem exhibet societas, quæ est inter dominum & servum, docente Philosopho 8. *Ethic. cap. 12.*

6. *Oeconomia Oligarchica est, in quâ potestas imperandi est penes paucos.*

7. Dividitur respectû accidentium in *Aristocratiam & Oligarchiam, in specie ita dictam.* Viri & ἄρχοις

ΕΙΣ

ris in domo imperium Aristocratiae ideam habere, dicit *Aristoteles* 8. *Ethic. cap. 12.* Oligarchiae similitudinem exhibent uxores, quæ ob divitias in maritos sibi vendicant imperium. *Aristot. 8. Ethic. c. 11. & 12.*

8. *Oeconomia Democratica est, in quâ potestas imperandi est penes omnes.*

9. Dividitur respectu accidentium in *Politiâ* & *Democratiam*, in specie ita dictam. *Politiâ* repræsentant fratres, ut est 8. *Ethic. c. 12.* *Democratiam* referunt plures in iisdem ædibus sine patrefamilias habitantes, aut imperium vile nulliusque virtutis habentes. Vide 8. *Ethic. cap. 12.*

10. *Oeconomia mixta est, in quâ potestas imperandi est penes plures*

H 4

plures divisim. Talis imperandi ordo est inter maritum & uxorem. Ut enim in republ. mixtâ penes imperantes est potestas divisa, ita ut una pars quædam facere possit, inconsultâ alterâ: ita conjuges in domo divisam potestatem habent, cum maritus circa ea, quæ virum decent, uxor autem circa illa, quæ huic sexui conveniunt, occupata sit; ut *Aristoteles* tradit 8. *Ethic. cap. 12.*

12. Dividitur in *rectam*, in quâ potestas imperandi tendit primariò ad salutem subditorum; & *corruptam*, in quâ potestas imperandi tendit ad salutem imperantium.

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

DE

Oeconomia partibus, hoc est, patrefamilias & ipsius subditis.

CAPUT I.

DE

Patrefamilias.

1. Finem sequuntur partes, **Oeconomia** constituentes. Ergò in hâc sectione erit dicendum de patrefamilias, tanquam capite, ipsius virtutibus atque officijs; de modis acquirendi administrandique familiam; de causis conservantibus & corruptantibus; & denique de subditis.

2. *Paterfamilias est potissima Oeconomia pars, cuius nutu geruntur omnia, familia constituitur & conservatur. Genus est potissima Oeconomia*

H 5

onomia

nomiæ pars. Nam cum Oeconomia sit totum, etiam pars definienda est, factâ mentione totius. Pars vocatur familiæ potissima; quia reliquis imperat. Differentia sumitur à proprietatibus, quarum tres sunt: *omnia nutu gerere, familiam constituere & conservare.*

3. Verbum potestatis commune est omnibus, quibus imperandi jus est, seu publicè, seu privatim. Potestas autem domestica est vel mariti in uxorem, vel patris in liberos, vel domini in servos.

4. Patrisfamilias virtutes sunt: *Prudentia, Vigilantia, Sedulitas, Parsimonia, Temperantia, Liberalitas & Justitia.* Aristoteles lib. 1. Oeconom. cap. 6.

5. Officia patrisfamilias dividuntur respectu *objectorum & statusum.* Modo priori conjugem amet, liberos nutriat, defendat, in
 pie

pietate educat, & tūm propria, tūm
pædagogorum operâ informet; &
tandem servos eligat, quibus debet
victum, vestes & mercedem. Modo
posteriori officium parrisfamilias est
vel *Ecclesiasticum*, vel *Politicum*, vel
Oeconomicum. Ultimum tantūm est
hujus loci.

6. *Oeconomicum* est vel *acqui-
sitorium*, vel *administratorium*. Circa
prius videat, ut non nisi honestis ar-
tibus rem familiarem incipiat, at-
geat, conservet, socios conquirat,
tandemq; familiæ fideliter prospici-
cia.

7. Circa *officium acquisitorium* se-
quentia sunt observanda: 1. Subditis
agenda præscribat, ipse operi adsit &
præsentia suâ promoveat sedulo. 2.
Accepti ratio ut constet, itemque e-
jus, quod expenditur, omnia fideliter
consignet. 2. Subditos in officio con-
tineat, corrigat delinquentes, bonos
a. muneribus mactet. CAP.

CAPUT II.

DE

Reifamiliaris acquisitione.

1. *Reifamiliaris acquisitione est scientia comparandi honestè omnia necessaria.* Objectum sunt res necessariae. Quaedam autem simpliciter sunt necessariae, quaedam verò secundum quid, sive ad ornamentum. Addimus vocem *honestè* : quâ excludimus injuriam & omne lucrum, quod turpe est.

2. Acquisitione est vel *naturalis*, vel *artificialis*, vel *mixta*. Naturalem Philosophus 1. *Politic. cap. 10.* appellat *necessariam, laudabilem*, item *primam & propriam*; artificialem verò *cap. 9. non necessariam, cap. 10. translatam* & meritò improbandam. Rationem addit; quia non secundum naturam, sed ab hominibus acquirit.

3. Na-

3. Naturalis est, *quam natura ad victum comparandum, urgente necessitate, homines docuit.* Dicitur naturalis; quia natura ad cibum acquirendum nos impellit, cum sine alimento nullum animal vivere possit.

4. Dividitur in *primariam & secundariam.* Primaria est *Georgica*, quæ omnium laudatissima est ac justissima, cum maximè naturalis sit. Sub *Georgicâ* continentur agricultura, vinicultura, cura sylvarum, fluviorum & similium. Secundaria est *pecuaria*, sub quâ *pastoritia*, *venatoria*, *aucupium* & *piscatura*.

5. Artificialis, *quæ hominum industriâ inventa ex arte aliquâ victum querit*, est vel *negotiatoria*, vel *operaria*. Verbum *negotiarî* quia magis generale est, quàm verbum *mercarî*; ideoque *negotiatoria* subse comprehendit, *mercatoriam* & *numulariam*.

6. Mer-

6. Mercatura (de quâ *Arist. lib. 1. Politic. cap. 10.*) est negotiatio, quæ lucri honesti faciendi gratiâ in mercibus licitis frequenter permutandis, iisdemq; nec mutatâ per se formâ, nec minutatim distrahendis exercetur.

7. Objectum mercaturæ sunt res mobiles, seu merces, quæ permutari & emi solent. Ad formam mercaturæ tria requiruntur: Primum est, ut merces frequenter permutentur, emanantur & distrahantur. Secundum est, ne merces mutatâ per se formâ distrahantur. Nam qui merces emtas atque in aliam formam operâ suâ redactas vendunt, appellantur *artifices*. Tertium est, ne merces minutatim distrahantur. Hoc enim est propolarum & revenditorum. Finis est, ut ex luero honesto mercatores vel ditescant, vel saltem paupertatem tolerant.

8. Variè

8. Variè mercatura dividitur: 1. In *tenuem & copiosam*. 2. In *domesticam*, quando merx ibi venditur, ubi emitur, & contrâ; atq; *externam*, quando, quod domi emitur, peregrè venditur, & vice versâ. Hæc iterum vel est *terrestris*, quando jumentis & vehiculis merces importantur & exportantur; vel *maritima*, quando navibus mercimonia invehuntur & evehuntur. Quæ mercaturæ differentia 1. *Politic. cap. 10.* extat.

8. Numularia, quæ beneficio *numi* instituitur, est vel *generalis* vel *specialis*. Generalis dicitur *usura*, seu *fœnus*; estque vel *lucratorium*, vel *compensatorium*. Specialis appellatur *Cambium*, quod est contractus, quo pecunia mutatur pro aliâ pecuniâ, & pro periculo, quod quis subiturus esset, si pecuniam ad longinqua mitteret loca, aliquid compensationis *Idatur*.

10. Ope-

10. Operaria est, quâ quis alteri operam suam locat pro certâ mercede. Dividitur in officariam, opificum & mercenariam. Officiaria est, quâ paterfamilias ex officio ad alendam domum aliquid acquirit.

11. Opificum est, cùm aliquid ex operibus mechanicis acquiritur. Mercenaria est eorum, qui mercede locant operam aliquam, magis viribus corporis, quàm animi præstandam. Huc pertinent ex lib. 1. Oeconomic. Arist. operæ lixarum, bajulorum, bubulcorum & cauponarum.

12. Acquisitio mixta est, quæ partim naturâ, partim arte constat. Hujus meminit Arist. 1. Politic. c. 11. Huc quidam referunt Alchimiam.

13. His variis acquirendi modis nonnulli adjiciunt modum extraordinarium, quem faciunt vel directum, qui fit vel per hæreditatem, vel per dotem, vel per donationem, vel per inventum.

inventionem thesauri; vel *indirectum*, qui fit vel per lusum, vel per certamen.

CAPUT III.

DE

Administratione.

1. Administratio est *dispensatio bonorum domesticorum, ad salutem totius pertinens. Circa quæ tenebis modum; & partes.*

2. Modus dividitur in *Perficum & Atticum*. *Perficus* est, quando necessaria ex agris & fructibus servantur in usum domesticum, & superflua tantum venduntur.

3. *Atticus* est, quando quotannis omnes fructus divenduntur ad conficiendam certam pecuniæ summam, ex quâ coemuntur ea, quæ ad usum domesticum requiruntur. Quos duos administrationis modos, antiquis familiares, habet *Philosophus* 1. *Oeconomic. cap. 6.*

4. Par-

4. Partes administrationis sunt duæ : *cura benè conservandi & tuendi rem familiarem, & cura rectè eâdem utendi.* Cura conservandi magis matrifamilias convenit, quàm domino ; siquidem illa, cùm sit timidior naturâ, aptior est ad custodiendum, quàm herus.

5. Cura benè conservandi & tuendi est recta rei familiaris administratio & custodia, quæ perficitur partim adhibitione causarum conservantium, partim propulsatione causarum corrumpentium.

6. Causæ conservantes consistunt in *curâ benè disponendi, sustentandi & tuendi possessiones domesticas.* Nam ut aliis in rebus, ita etiam in Oeconomiâ nihil pulcrius est ordine. Cura sustentandi domestica in eo potissimùm occupatur, ut necessaria in hyemè comparentur æstate. Nam singula dietens mercari operosum est, quòd sumtu

sumtū majori opus sit, nec tunc æ-
què bona & commoda sint, quæ e-
muntur. Cura tandem tuendi non
est negligenda, cum difficilius sit,
rem partam tueri, quàm acquirere.

7. Causis conservantibus oppo-
nuntur corrumpentes, quæ sunt o-
mnis generis mala, damnum aut in-
teritum rei familiari inferentia:
*utpote vestium luxus, damnosa in aedifi-
cando prodigalitas, supellex speciosa,
convivia, potandi libido & alearum
lusus.*

8. Cura benè utendi est admini-
stratio, in recto usū consistens. Est-
que vel *δαπανατικὴ*, hoc est, quæ con-
sumendi vim habet, vel *ἐνεργητικὴ*. Il-
la sumtus cautè & moderatè erogat
ad necessitatem, honestatem & utili-
tatem; hæc de bonis domesticis pro-
ratione necessitatis atque facultatis
aliis benefacit.

CAPUT

CAPIT IV. atque
ultimum.

DE

Subditis.

1. Subditus est *altera Oeconomia pars, patrisfamilias potestati subiecta, cui in salutem familiae obedientiam praestat.*

2. Dividitur in *nobilem atque ignobilem. Nobiles vocamus matrēfamilias & liberos, ignobiles servos atq; ancillas.*

3. Horum officium vel est *generale, vel speciale. Generale est, quod patrifamilias debeant amorem, honorem & obedientiam. Speciale est vel uxoris erga maritum, vel liberorum erga parentes, vel servorum erga dominum.*

4. Uxoris erga maritum officium in his potissimum consistit: 1. *Mulier,*

lier, benè instituta, existimet, ingenium & mores viri sibi esse legem, divinitus latam. 2. Uxor suam voluntatem imperio viri subdat, atque in rebus honestis ejus obtemperet consiliis 3. Eorum, quæ in domo sunt, & in domum importantur, curam suscipiat; externa verò non inquirat. 4. Absente marito, non facile admittat in domum externos, ne malè audiat. 5. Non sit sumtuosa vel in convivijis, vel etiam in ornatu corporis. 6. Mariti, etiam importuni, mores patienter tolerare debet.

5. Liberi parentibus nutritionem & alia beneficia debent, præsertim in senectute. Servi denique officium consistit in fidelitate & industriâ.

Illa excludit furtum, hæc
desidiam.


F I N I S.

BREVES
BRIVAT

BREVES OBSER-
VATIONES

genuini disputandi pro-
cessûs

MICHAELIS VVENDELERI,
S. S. Theologiæ D. &
P. P.



WITTEBERGÆ,

Apud JOBUM WILHELMUM
FINCELIUM.

ANNO MDCCCLIV.



BREVE ORSER

VATIONES

Genium dignitandi pro-

claus

MICHAELIS VANDERER

2. 2. Theologia D. &

1744

WITTEBERG


WITTEBERG

Apud Johann. WILHELMUM

FINCKELMANN

anno 1744





Præloquium.

Iterum prodit præsens de processu
 disputandi tractatus, ex Analyfi
Cornelij Martini, Pædiâ *D. Jacobi
 Martini*, Processû disputandi *Hornei
 & Scharfii*, tandemque Ideâ boni di-
 sputatoris & malitiosi Sophistæ
Dannhaueri, non sine labore, colle-
 ctus. Quem ipsum cum viderim non
 paucis placuisse, ac etiamnum desi-
 derari, tanquam utile compendium
 eorum, quæ ab alijs magis copiosè
 exponuntur; non potui, quin hâc
 cum primis occasione oblatâ, amicis
 gratificarer. Ita enim Tyrones stu-
 diosi, qui vel à me, vel ab aliis, priva-
 tim legentibus, informantur, in re-
 gulas disputantium impingentes
 primo momento, ubi hæreant, vide-
 re hæud incommodè possunt. Totus

2

tractatus septem positionibus absol-
vitur: 1. Explicat, disputare esse ne-
cessarium. 2. Disputationis obje-
ctum. 3. Personas disputantes. 4. Di-
sputantium requisita. 5. Disputan-
tium officia generalia. 6. Officium
opponentis 7. Officium respon-
dentis.

POSITIO PRI- MA.

*Disputare ob varietatem opinio-
num necessarium est.*

ENODATIO.

1. Hæc positio intelligenda est, vel
in genere, vel in specie de certis ho-
minibus. Utroque modo accepta
affirmatur. Prius exigit naturalis
necessitas. Ut enim homo est naturâ
animal politicum: ita etiam naturâ
discursivum: seu, ut Musica ac aliæ
quædam potentia sunt naturales, ita
qua-

quoque disputandi facultas. Idem
 mentis cœcitas probat. Hujus enim
 acies post primi parentis lapsum ad
 eò obscurata fuit, ut in plerisque,
 tanquam vespertilio ad lucem me-
 ridianam, cœcutiret.

2. Hoc requirit veritatis difficul-
 tas, quam sine præviâ disquisitione
 non invenimus. Cùm enim falsitas
 sit multiplex, una autem veritas, in id
 unicè nobis incumbendum disputã-
 do est, ut veritatem, in profundo pu-
 teo delitescentem, in lucem protra-
 hamus. Christi autoritas confir-
 mat, & officium elenchticum, quod
 suis discipulis injunxit. Christum
 cum Diabolo, Judæis & Pharisæis
 disputationis ferram duxisse, pluri-
 ma novi instrumenti docent loca.
 Mandatum elenchticum, quod in
 statu hierarchico versantibus com-
 missum est, disputando exeritur.

3. Posterius ex singulis hominum

A 3

statibus

statibus patet ; quibus ut veritatis
studium incumbit, ita & pro re natâ
de dubiis quæsitis disputent oportet,
ut veritas inclarescat satis. Omnia
probent, &, quæ vera proprio judi-
cio analytico judicata fuerint, reci-
pian, & quæ â veritate secessum fe-
cerint, omittant.

POSITIO SECUN- DA.

*Disputationis objectum est thesis
non quæ pœnâ & sensu, sed ra-
tione indiget.*

ENODATIO.

i. In genere omnem thesin in-
dubium venire posse, autor est Phi-
losophus. Quomodo verò hoc intel-
ligendum sit, statim subjicit : scilicet
hanc, quæ ratione, non sensu & pœ-
nâ indiget. Pœnâ coercendus fo-
ret,

ret, si quis quæreret, num **Deus** **colendus**? num **parentes** **honorandi**? si quis dubitarit, num **nix** **atra**, num **alba**, sensuum **judicio** **destitutum** esse **merito** **diceremus**: aut, si quis **negaret**, **ignem** **esse** **calidum**, **igni** **ad-** **movendus** **tam** **diu**, **donec** **fateatur**, **rem** **ita** **esse**.

2. **Quæstio** **dubia** **â** **Logicis** **appel-** **latur** **Topica**, **seu** **probabilis**, **quæ** **vera** **videtur**, **vel** **omnibus**, **vel** **pluri-** **bus**, **vel** **sapientibus**, **iisque** **sapienti-** **bus** **omnibus**, **vel** **pluribus**, **aut** **præ-** **stantioribus**. **Cujusmodi** **sunt** **pluri-** **ma**, **quæ** **ex** **varijs** **tum** **nominum** **tum** **rerum** **sumuntur** **locis**. **Nam** **non** **o-** **mnia** **possunt** **infallibiter** **probari**, **ut** **scientia**, **quæ** **animum** **facit** **immuta-** **bilem**, **oriatur**, **ob** **principiorum** **co-** **gnitionis** **&** **probationis** **defectum**. **Quædam** **enim** **certa**, **quædam** **in-** **certa** **sunt**. **Certis**, **ubi** **rectè** **fuerunt** **cognita**, **mens** **assensum** **præbet**, **vel**

ob rei evidentiam, vel ob demonstrationem, vel ob universalem experientiam, aut testimonia non fallentia. Incerta sunt, quibus mens suum languidè addit calculum. Hinc dubiæ & probabiles conclusiones oriri solent.

3. Circa dubiam quæstionem plurima sunt notanda: *Certus thesios sensus est constituendus.* Nam quia hæc est litis materia, de quâ disputandum; hinc requiruntur voces certæ, perspicuæ, receptæ, usitatæ & propriæ, quæ certum aliquem conceptum in intellectû legentis & audientis efformant. Si voces fuerint æquivocæ, obscuræ, peregrinæ, atque inusitatæ, de genuino thesium sensu fluctuandum est, adeoque disputatio ipsa evadet rixosa ac verbosa, veroque destituetur fine.

4. II. *Ubi thesios sensus constat, verbis rigorosè non est inherendum.*

Nam

Nam omnis *λογομαχία* futilis & inutilis est; & in verbis possumus esse faciles, si in rebus convenimus. Qui, nullâ urgente necessitate, verba morosè urget, verbosi, contentiosi, & malitiosi hominis non evitabit crimen. Non dicam, quòd primaria candidi disputatoris cura in theses examine ita versari debeat, ut primariò res, hinc verba attendat, observatis diligenter circumstantiis & variis sermonum generibus.

5. Primò *sermo est* vel *proprius* & *cautior*, vel *improprius* & *ex parte incautus*. Nam cum autores *affectibus* & *humane infirmitati* sint *obnoxij*; hinc sæpè ob *veritatis amorem* & *odij detestationem*, vel ob *metum*, vel *disputationis ardorem*, dum res attendunt, in modo loquendi *deficiunt*, ut *duriùs loquantur*, vel *nimiùm exaggerando*, vel *nimiùm extenuando*. In quo negotio, qui candidus est, verba juxta varios

A

S

sen-

sensus vel examinet, vel si res ardua, petat ab adversario, ut se explicet. Si sensus bonus in diversis loquendi modis, est admonendus, ut, cum idem sentiat, etiam nobiscum loquatur.

6. Deinde alius *sermo* est *accuratus*, alius *popularis*. Hic non raro circumstantiæ svadēt, ut autores vulgaribus loquendi utantur modis, ceu liquet ex didacticis, concionibus, colloquiis atque aliis. Valet hic regula: *Loquendum cum vulgo, sentiendum cum eruditis.*

7. Tertiò alius est *recitativus*, alius *assertivus*. Prior est, quando historicè aliquid enarramus, idque ex mente aliorum; posterior, quando quis ex propriâ mente statuit id, quod ex rei veritate statuendum est. Hic non sunt enarranti imputanda, quæ ex aliorum mente recitavit. Assertivus isidem vel *probabilis* vel *firmus* est. Illic

lic dubitative, hinc certe loquimur.
 Inde, quod sequitur, originem sumit:
*aliud est dogmaticè, aliud gymnasticè
 scribere.*

8. Porro *sermo* alius est *Logicus*, alius *Rheticus*. Ille rem simpliciter & nudè profert, hinc vehementer & pomposè. Rhetores namque factum aliquod ut vel valdè exaggerent, vel valdè extenuent, parabolicè loquuntur. Multa quoque hyperbolicè inculcant, vel occasione locorum & personarum adducti, vel affectuum impetu rapti. Quod ubi fit, non verba, sed scopus dicentis pensitandus tibi est.

9. Deniq; *sermo* alius est *absolutus*, alius *respectivus*. Sic absolutè verum est: *quod ex carne natum est, caro est*; & *quod ex Spiritu, Spiritus est*. Sermo respectivus non debet extendi ultra loquentis mentem. Imprimis hinc cautione opus est, ubi restrictio est
 omis

omissa, & verba sensum comparativum sustinent.

10. III. *Thesis non sit coacta & violenta.* Iniquum sane est, cogere aliquem ad contradicendum, ut contra sentiat aut disputet, cum ipse contrarium neque sentiat, neque amplectatur, cumque omnis thesis sit arbitraria, hoc est, talis, quam alicujus deliberatum studium, iudicium & propria voluntas approbet.

11. IV. *Thesis non sit inutilis, vana, inepta & ridicula.* Tales quaestiones & contentiones de vitandas esse, graviter monet Timotheus, quod lites generent. *Ars longa, vita brevis.* Ergo missis iis, quae alias appellantur *πάπυρα*, omnibusque iis, quae parum faciunt ad Ecclesiae & reipubl. aedificationem, ad necessaria & honesta animus est praeparandus, ut, his cognitis, Deo inserviamus, religionem defendamus, & reipubl. tueamur.

12. Unde

12. Utiles quæstiones appellantur, quæ necessariae sunt, & ad certum finem consequendum faciunt. Contrà inutiles dicuntur, quæ usu & fine destituuntur; suntq; vel simpliciter, vel secundum quid inutiles.

Planè inutiles sunt, *disputare de Scholasticorum hæcitatibus aut singularizationibus: in Physicis de Cælo Empyræo, de hypothefibus impossibilibus: quomodo Aristoteles hoc vel istud vocabulum acceperit? quomodo amica in contradictionibus conciliatio sit invenienda? In Logicis de ordine, num primo loco de genere, num de specie sit agendum?*

13. Secundum quid inutiles sunt, quæ usum in præfenti disciplinâ non habent: ut *in Metaphysicâ de genere disputare, num sit sapientia, vel scientia? in Physicis de conceptû corporis, num sit univocus ad inferiora, num analogicus, num equivocus? An terra, & quor-*

quorsum moveretur, si abstraheretur à suo centro? Unde, si motus cœli incepisset, num ab occasu? Ultrum, si daretur vacuum, per illud corpus moveri posset? In Logicis, num sit ars? An objectum sint notiones secunda? An Predicabilia sint entia rationis? Hæc sive affirmantur, sive negentur, ad finem disciplinæ nihil conferent. Pertinent huc ridiculæ quæstiones de novo mundo Lunari, ipsiusque incolis, de terræ loco inter Planetas, de mure Papistarum exenterato atque alia.

14. *Thesis non sit manifestò vera, nec manifestò falsa.* Manifestò vera sunt, quærere, num sol sit? num datur motus? an nix sit alba? an juvenus sit informanda? num Mathematicæ disciplinæ sint discendæ? Manifestò falsa sunt, negare, solem calefacere, eundemq; facere diem; aut dicere, Logicam Sophisticas tantùm
nugas

nugas tradere, & Syllogismum impedire veritatem.

15. Etenim cum cujuslibet disputationis finis principalis sit veritas, secundarius verò nostrum exercitium; ideò nec manifestò vera, nec manifestò falsa aliquid ad utrumque finem obtinendum utilitatis adferent. Nam manifestò verorum, cum omnibus innotescant, veritas non est inquirenda: & manifestò falsa defendere, non est veritatem inquirere, sed eandem tenebris involvere, et simplices circumvenire.

16. VI. *Thesis non pugnet cum pietate aut bonis moribus.* Cum pietate pugnat, quærere, num otia sint vitanda? num voluptati sit indulgendum? an licitum scortari? an necessarium sit piè vivere? an DEus sit causa peccati per accidens? Bonis moribus contrariatur, in publico confesso agere de hominis conceptione, modo concipiendi

piendi, aliisque; hujus generis pluribus, cum teneris animis detur scandalum, quamvis sua utilitate non careant.

17. VII. *Thesis denique non sit sublimis, ita ut mentis captum excedat.* Quaedam objecta simpliciter cognita sunt impossibilia, quaedam difficulter solum intelligibili. Priorum exempla sunt, *querere de caeli altitudine, de numero stellarum, vel etiam arenularum in mari, quantum distet extremum caelum a terra, &c.* Frustra hic cotem ingenii novaculam Logicam acies ad penetrandum id, quod intelligi non potest. Pro posterioribus dextrè captendis sudandum est, ut veritas tandem indagetur non nihil. Nam in his, quae sunt altioris indaginis, nihil simul, teste *Cicerone*, & inventum est & perfectum.

18. *Seculum nostrum sua felicitate prisco non cedere, is fatebitur, qui*

qui plurima eademque insignia naturæ miracula alitiùs perpendet. Ecce enim Planetæ novi, stellæ fixæ novæ solares maculæ, nec non cometarum contemperationes seculo nostro certius sese nobis insinuant. Quamvis autem quædam cognita priscis fuerunt; tamen illa tantâ certitudine adstruere non potuerunt. Quid dicam de adamantinâ cæli materia? de elementi ignis situ & motu? de galaxiâ? Sic nobilis refractionum possessio Tychonē agnoscit autorē. Si pro his posteritas non sudasset, tam perfecta harum rerum ad nos non pervenisset cognitio.

19. Hujus loci sunt sequentes quæstiones: *An de principiis, & contra negantem principia sit disputandum?* Principia vel per se sunt lucida ac indemonstrabilia vel nomine tenuitalia, adeoq; conclusionum demonstrabilium naturam induentia.

Priora

Priora sunt sententiæ verissimæ & notissimæ, ut, intellectis terminis, nemo assensum illis denegare possit. Notissima dicuntur, scilicet quando causæ assentiendi adsunt. In Philosophiâ ratio assentiendi est vel contradictionis necessitas, vel objecti claritas & evidentia: contra quæ si quis vellet disputare, ea vel evertendo vel in dubium frustrâ vocando, intellectûs imbecillitate laborare, diceretur. Si est conclusio, de hâc potest esse controversia, adeoq; disputatio atque alia quàm plurima.

20. Hic loci illi, quibus experientia semper in ore est, non sunt audiendi: *quicquid experientia dicit, verum est, adeoque non disputandum.* Facile enim fieri potest, ut vel non omnia ad sentiendum adfuerint requisita, vel plus debito indultum fuerit uni vel alteri experientiæ, quam alia evertit. Multi quoq; alienis

nis oculis vident, & nihilominus experientiam jactant.

21. *Contra negantem principia non est disputandum.* Quod axioma sequentes limitationes admittit: 1. Qui negat principia cognoscendi eaque communissima 2. Qui negat principia in sensus incurrentia. 3. Qui negat apparatus omnium principiorum, hoc est, omnia universalialia & particularia. 4. Qui negat specialia principia. Nihilominus ex quâdam superiori disciplinâ cum illo est agendum: aut, si hoc negat, ad absurdum deducendus.

POSITIO TERTIA.

Personae disputantes sunt Respondens & Opponens.

ENODATIO.

1. Respondens est persona disputans,

tans, quæ in mutuâ collatione theses vel à se propositas, vel ex conventionne collectas, propugnat, easq; ab opponentis objectionibus vindicat. Hæc persona in consuetis certaminibus duplex esse solet: altera sublimior, quæ *Præses* indigitatur; altera nomen *Respondentis*, hoc est, defendentis simpliciter retinet.

2. Præses est caput respondentis, ut hunc, si adversario non sufficienter resistat, sublevet. Et hic non est alia persona, à respondente distincta, sed ratione sui officii pertinet ad respondentem, ut hujus causam, tanquam arbiter primarius, promoveat. Notandum est, quòd nonnunquam pro re natâ & opponentem juvare possit, ut ita sit totius disputationis moderator.

3. Opponens est (aliis *interrogans* à veterum modo opponendi qui interrogando fiebat; quibusdam
dam

dam *argumentans*, quòd opponenti incumbat argumentandi munus, persona disputans, quæ in mutuâ collatione quæstionem, ad disputandum propositam, oppugnat, eamq; suis objectionibus expugnare conatur.

4. Sunt ergò duæ personæ, quæ in conatu differunt, & in veritate defendendâ concordant. Prius patet; quia disputatio est inter dissentientes, non inter consentientes: posterius constat, cum finis utrique propositus sit veritas.

5. Hæ personæ sæpissimè possunt confundi, ita ut respondens in opponentem degeneret, & hic vicissim in respondentem, vel ob respondentis imperitiam, vel opponentis fraudem. Prius committitur, quando respondens solutione argumentorum non contentus novas rationes affert, easq; argumento oppo-

opponentis opponit. Quo ipso suam transfilit metam, atq; nudum opponenti objicit latus. Nam opponens, hâc occasione datâ, rationes à respondente allatas, examinabit; contrâ respondens cogetur opponere, adeoq; fiet, ut respondens opponentis, & hic respondentis fungatur officio.

6. Posterius fit, quando opponens subdolè circumvenire respondentem laborat, ut ad hunc devolvat probandi onus. Quod ut feliciùs procedat, solet opponere syllogismos, in quibus ex certâ majore propositione resultat minor, quæ est negativa. Hinc ob minorem negativam onus probandi putant respondenti incumbere secundum tritum: *affirmandi incumbit probatio*. Quod ipsum si non prudenter declinare poterit respondens, statione suâ turpiter

pitèr relictâ, ea, quæ sunt opponen-
tis, exequetur.

7. Hanc permutationem esse
vitiosam, munera disputantium e-
vincunt. Nam disputantes distin-
guntur. officio Respondentis est,
contraria opponentis refutare argu-
menta, quæ ipsius destruant theses.
Idem finis svadet. Respondentis est
thesin defendere, opponentis verò
eamdem destruere.

8. Cæterùm partes respondentis
meliores sunt opponentis, quòd re-
spondenti, etiam affirmanti, non in-
cumbat probatio. Valet hic Canon
saltem in ijs, quæ in thesibus affir-
mantur & ponuntur. Ideoq; nullo
modo ad respondentem, quantum
ejus theses attinet, pertinet, exceptis
iis, quæ extra theses in respondendo
proferuntur.

9. Ex his duabus positionibus
instar Corollarii sequitur; *Disputa-
tionem*

tionem esse mutuum colloquium, in quo de questione dubiâ eruditè & distinctè disceptatur, ita ut unus tbesim propositam infringere alladoret opponendo, alter eandem defendat respondendo.

10. Disputatio primò dividitur in eam, quæ est ad rem, & quæ est ad hominem. Illa est, quâ ex principio genuino ac verè tali disputatur, quamvis ab adversario pro tali non agnoscat; hæc verò, quâ ex ipsius adversarii hypothefibus, quamvis falsis, ipsum vincimus. Exempla sunt Christi Matth. 19. v. 17. D. Apostoli Pauli I. Tim. 1. v. 12. & alibi & Patrum contra gentes.

11. Secundo alia est ad nos, alia ad aliam. Illa (alijs solitaria) est quâ nos præfente adversario controversiam tractamus, sive ea literis consignetur, sive non; hæc verò est talis, quâ adversarius contra nos suâ causam agit.

12. Porro

12. Porro, secundum diversa principia, alia est ex principiis genuinis, iisque primò vel communibus vel propriis, secundò vel probabilibus, vel necessariis; alia ex principiis spuris. Deniquè respectu Facultatum sunt quædam Theologica, quædam Juridica, quædam Medica, & quædam Philosophica.

POSITIO QUARTA

Requisita disputantium sunt duplicia: Doctrinalia & Moralia.

ENODATIO.

1. De disputationis objecto & personis actum est; sequitur, ut de harum proprietatibus agamus. Nos distinctè proponemus tam ea, quæ sunt preparatoria & conflictum præcedunt, quàm ea, quæ in ipso

b

*conflictu observanda veniunt. Illa
requisita, hæc officia disputantium
vocabimus, benè scientes, requisita
à quibusdam appellari normam
(quam faciunt geminam, instru-
mentalem & realem) & media,
ad quæ variam variarum rerum
cognitionem, insignem eruditionem
& dextram rerum applicationem re-
ferunt.*

2. Plura ad verum disputato-
torem requiri, liquet ex hujus de-
finitione: *Disputator est analyticus
omnium controversiarum, in omni
scibili occurrentium, ad discernen-
dum verum à falso* Requisita do-
ctrinalia sunt, quæ ipsius doctri-
nam spectant; suntque vel *Instru-
mentalia*, quæ consistunt in appa-
ratu illorum instrumentorum,
quibus res tractari debent; vel
realia, quæ consistunt in præco-
gnitione rerum, de quibus dispu-
tatio est instituenda. 3. In-

3. Instrumenta necessaria sunt iterum duplicia: *Linguarum peritia* & *præceptorum Logicorum praxis*. Prius partim ex consuetudine, partim ex ipsarum controversiarum conditione innotescit. Quamvis omnes disputationes vernaculo idiomate peragi possint, ita ut Germani Germanicè, Itali Italicè, Græci Græcè disputent; tamen hoc non satis est, cum nobis sapissimè disputandum sit cum exteris & eruditis, optimi auctores in omnibus facultatibus sint evolvendi, qui alio loqvendi idiomate utuntur, & denique quædam linguæ sint fundamentales.

4. Possessio Logicorum præceptorum ad omnem materiam, cujuscunque etiam generis, aut ordinis disputatio fuerit, semper est necessaria. Major ergò Logicæ cura, quàm linguarum, sit oportet,

cum hujus major sit & utilitas & necessitas. *Hæc enim sola est, quæ enodat instrumenta ad omnem discursum necessaria: hæc sola explicat fundamenta consequentiarum: hæc sola arma, quibus Sophistis resistimus, ministrat. Unico verbo: Logica est totius Philosophiæ, imò omnis eruditionis, instrumentum.*

5. Totam Logicam dividunt in partem formalem & materialem; quarum illa de formâ Syllogismi, hæc de ejusdem materiâ, agit. Utraque pars urgenda est. Ex prædicamentis cum aliqualis cognitio oriatur, considerandum est, ex quonam prædicamento termini alicujus problematis sint desumpti. Nam res sunt vel supra, vel infra, vel in prædicamentis & postprædicamentis. Ex antepædicamentis & postprædicamentis fertur judicium de mutua

tua

tuâ omnium terminorû habitudi-
 ne ad prædicandum, an sit affirma-
 tiva, an negativa. Si est affirma-
 tiva, videndum est, num sit es-
 sentialis, num accidentalis, adeo-
 que ex naturâ synonymorum &
 paronymorum, itemque generis,
 speciei, proprii, differentia aut
 accidentis examen instituatur.
 Si negativa, ex oppositis & dispa-
 ratis fundamenta petantur.

6. Ita secundus & tertius (in
 quibus singulorum capitum de-
 monstrare usus nimis foret ope-
 rosum) Logici libri quamvis maxi-
 mè sint necessarii, nescio tamen,
 an quicquam in secundo magis à
 sophisticis insultibus nos muniat,
 quàm *nominum* cognitio & eorun-
 dem *suppositio*, *descensio*, *status*,
ampliatio, *exponibiles* & *verus*
contradicendi modus

7. In tertio libro insigniter prodest, consequentiã, connexiones, conclusiones & argumentationes, dextrè & expedite posse discernere, urgere & urgente necessitate emendare; in formandis Syllogismis, transformandis, reducendis & convertendis se exercere, ut forma syllogistica & probè instituatür & dextrè examinetur.

8. Circa materiam attendendum est, num principia sint particularia, an universalia, h. est, necessaria, an verò probabilia. Hæc accuratè intelligere, plus difficultatis continet, quàm naturam syllogismi nosse in communi. Nam syllogismum facile adolescētes capiunt; hæc verò adultis etiã negotiũ facessunt. Ut enim multũ interest inter scientiam & opinionem, inter principia propria & communia, atque inter id, ut
noris,

noris, quare fir, & ut scias, an sit: ita etiam insigne discrimen sit oportet inter præcepta, quibus scientia, & quibus opinio constat.

9. Communia, quatenus sunt communia, evidentem rei notitiam non gignunt, sed propria. Nam ut universalis entis natura in omnibus rebus reperitur: ita etiam propositiones, quæ de rebus certo modo valent, non sunt tantæ, ut ex his res particularis cognoscatur evidenter. Verùm in scientiâ universali, in quâ sunt propria, demonstrationes pariunt. Hinc sequitur, accuratam rerum notitiam ex solâ demonstratione sumi, minus accuratam ex syllogismo dialectico. Demonstratio enim ex propriis, argumentatio ex communibus constat.

10. Porrò ut accurata rei notitia in quâlibet disciplinâ ex pro-

B 4

priis

priis cujusque rei principiis hauritur: ita etiam oportet disputatorē esse sollicitum, ut demonstrationē h. e. certitudinem in re quacunque sectetur. Sed quia admodum difficile est, hanc ubique reperire, aut repertam à cæteris probationibus eruere, Dialectica succidaneam operam præstat, cujus adminiculo ex communibus principiis probabiliter cognoscitur, quod ex propriis percipi clarè non potest.

II. Ex his sequentia resultant Corollaria: *Naturalem Logicam non sufficere ad scientiam: Et sine Logicâ neminem evadere scientem.* Hoc constat; quia sciens utitur demonstratione, quæ fit per causam; omnis autem demonstratio ex Logicâ peti debet: illud certum est, ob magnam rerum difficultatem, naturæ cœcitatē, hæreticorum mali-

malitiam, Sophistarum astutiam,
& plures magnorum virorum ex
ignorantiâ commissos lapsus.

12. *II. Semper Logicè disputan-*
dum esse, & disputare, non verò for-
maliter, non esse disputare. Nam
quoad prius Logica explicat leges
& instrumenta, quæ in omni dis-
putatione sunt observanda. No-
ta, quòd formaliter disputare sit
non solum expressis in certâ figu-
râ & modo formatis syllogismis,
sed etiam legitimâ consequentiâ
uti, & leges Logicæ non postpo-
nere. Hinc sequitur & posterius.
Nam si in omni disputatione iusta
Logicarum regularum lex est, eti-
am est bona consequentia. Ergò
bona forma locum obtinebit, imò
ipsum *nō* formaliter disputare,
quia bona consequentia & bona
forma re non differunt. Sin mi-
nus, non disputat, sed fallacia-

B s

EUM

rum laqueos nectit, ita ut â baculo
ad angulum colligatur.

13. III. *Solidum dijudicandæ
cognoscendæq; veritatis magisterium
non in solâ formâ syllogistica consi-
stere; sed etiam materiæ judicium,
hoc est, connexionis prædicati cum
subjecto examen requiri.* Nam etsi
valeat, quòd Syllogismus ad legiti-
mâ formâ non congruens sit reji-
ciendus, non tamen propterea is,
qui ad formam aliquam & modum
quadrat, pronuntiandus est verus.
Patet hoc ex sequentibus syllogis-
mis: *Quicumq; est magni viri filius,
est noxa.*

Josephus est magni viri filius. E.

*Quod terram excedit, illud est ma-
ius terra.*

Omnis arbor terram excedit. E.

Uterq; , quamvis sit bonus in for-
mâ, falsus existit in materiâ. Dein-
de Syllogismus intellectûs nostri,
rã

tâm circa vera, quàm falsa versan-
tis, primarium instrumentum est.
Hinc manifestum est, materiæ di-
versitatem in nobis parere diversâ
intellectûs actionem, adeoque di-
versum syllogismum. Si hoc
verum est, sequitur, omnem
& solam formam à disputatore
non esse admittendam, nec o-
mnes propositiones. Nam in pro-
positionibus si non datur nexus
prædicatorum cum subjectis vel
essentialis, vel accidentalis, con-
clusio nullo modo vel immuta-
biliter, vel saltem contingenter
inferri verè poterit.

15. I V. *Consequentiam non esse
negandam, formâ syllogismi bonâ
existentem.* Nam consequentia
propriè ad formam pertinet, ita,
ut is, qui negat consequentiam,
eo ipso fateatur, adversarium con-

B 6

clusio-

clusionem deducere ex iis præmissis, ex quibus non sequatur. Hoc autem minimè gentium habet locum in iis syllogismis, ex bonâ formâ præcedentibus, cum aliud subsit vitium, videlicet materiæ falsitas. Ergò sic dicendum erit: *Nego connexionem prædicati cum subiecto.*

16. V. *Primam curam formæ, secundam materiæ deberi.* Nam quando syllogismus formâ laborat, nihil est ineptius, quàm, sepositâ formæ falsitate, ad materiam respondere, cum talis respondens cogatur, aut negare verissimas propositiones, aut in his distinctionem, quam non admittunt, quærere. Exemplum sit: *Nullus leo est arbor. N. quercus est leo. E. N. quercus est arbor.*

Conclusio, ut quivis videt, est falsa, ex veris tamen præmissis deducta.

Vitium ergò non in materiâ, sed formâ erit. Inde colligendum est,

quan-

quantum solœcismum cōmittant
dicentes: *ut ut sit forma, ad materi-*
am respondebo.

17. VI. *In demonstratione & a*
communibus & ab extraneis caven-
dum esse principiis. Ratio prioris
est, quia ex communibus nulla fit
demonstratio: posterioris autem
fundamentum est, quòd fieri non
possit, ut is, qui ex genere in aliud
transit, quicquam demonstret.

18. VII. *In Dialecticâ argumentatio-*
ne principia esse limitanda. Nam
cùm hæc ob suam communitatem
aliter atq; aliter plerumq; se habe-
ant, nihil est facilius, quàm ut prin-
cipium, alioquin verum, fallat, vel
quod malè accipiatur, vel quod ma-
lè accommodetur.

19. Quærimus hîc, quid sit
περὶ τῆς βασις εἰς ἄλλαν γένεσιν, seu, *tran-*
situs in aliam disciplinam, cùm in-
nocentissimū argumentum hâc in-
famiâ

famiã sæpiſſimè notetur? Ex *Aristotele Dannenbauerus* ostendit, quatuor ad ejusmodi verum transitum requiri: 1. ut subjectum, cui peregrinum principium adhibetur, planè sit diversum ac oppositum subjecto illius scientiæ, in quo illud principium est domi. Sic diversa sunt numerus & quantitas. Errant hinc, qui intelligunt per aliud genus aliam disciplinam. 2. Requiritur, ut principium verum sit. 3. Ut demonstrationis gratiã ejusmodi principia afferantur. 4. Ut sit principium peregrinum.

20. Ad realia requisita pertinet cognitio Metaphysicæ, principiorum & hypotheseum adversarii, quæstionum maximè disputabilium illius disciplinæ, ex quã theses ventilandæ desumuntur, in primis præsentis materiæ, quam examinandam proponis.

21. Me-

21. Metaphysica necessaria est, cum explicet terminos generalissimos, definitiones universalissimas & principia communia, quæ in omni disputatione occurrunt. Hæc si non didiceris, neq; legitimè ijsdè utaris, neq; adversarios, eadè sinistrè adplicantes, unquam refutabis.

22. Principia adversarii, cum quo tibi res est, novisse debes, ut in certamine non tantùm rationibus & scripturâ, sed ex propriis quoq; principiis eundem refellas. Hoc enim auctoritatem adversarii deprimat, tuamque illustrat, cum iste nolens volens veritati assensum ex propriis præbere cogatur.

23. Definitiones, Canones & quæstiones, in quas frequenter disputationes incurrunt, memoriæ diligenter sunt infigendæ; quia his, ut telis, opponens, quæ in respondentem jaciat, respondens verò, quo-

quomodo hæc salvo latere declinet,
uti potest.

24. Tandem materiam, de quâ
præfens disputatio est habenda, ac-
curatè & intimè cognoscat necesse
est, probeq; attendat, quid contro-
vertatur, & quid non. Historias iti-
dem ad ungvem sciat, quo tempo-
re, quâ de causâ, & quibus argumen-
tis controversia aliqua mota & agi-
tata fuerit: quid olim responsum, &
quid hodie iterum exceptum.

25. Ex his iterum sequitur:

I. *Ex falsis & incertis, vel ex non
concessis, non esse disputandum.*
Nam quod est dubium inter partes
litigantes, ita, ut de eo non con-
veniant, nec utrinq; satis constet,
id alicujus disputationis principiû
esse non potest. Ita Ethnicus, mun-
dum esse sex dierum spatio à Deo
ex nihilo conditum, ex Mose, què
iste non recipit, non potest confun-
di. Sic

di. Sic disputaturus contra Judæos, Messiam venisse, ex novo fœdere risu excipitur, cum Judæi scripta Apostolica non recipiant.

26 II. *Malè disputare, qui suas hypotheses negant.* Sic enim fundamenta negantur. Quid autem hie, nisi rixæ, expectantur? Hujus criminis deprehenduntur rei Papistæ. Hi enim, ubi ex S. Scripturâ fuerunt victi, eò dilabuntur, ut eandem, omnium Christianorum principium, negent.

27. *Requisita Ethica sunt virtutes morales, quæ vel generales, ut veritatis amor, vel speciales, ut pietas, justitia, modestia, candor & taciturnitas. Doctrina sine pietate est instar gladii in manu furiosi: Et, qui proficit in literis, Et non proficit in moribus, plus deficit, quàm proficit. Primarium est veritas. Hæc enim ejusvis disputationes finis principalis.*

cipalis est. Hic ut obtineatur; ideoque bona intentio & præcon-
ceptarum opinionum & affectuum
absentia in utroque disputante
requiritur. Illæ enim legitimi judi-
cii assensum impediunt; hi malæ
causæ, invidia, inscitia, non raro
temeritatis, signa esse solent.

28. Pietas virtutis & actionis
quasi anima est. Hinc disputaturi
Spiritus Sancti gratiam implora-
mus. *Justitiam* observat, ut suum
cuique tribuat, gloriam Deo & debi-
tum colloquentibus honorem. *Mo-
destie studet*, ne plus, quam par de
semetipso sentiat, reliquosque con-
temnat. *Familiaritatem sectatur*,
cum hæc disputatori favorem audi-
torii conciliet. *Candorem denique &
Taciturnitatem amat*. Illum, ne al-
teri thesin vel responsionem affin-
gat; hanc, ne nimis interpellati-
onibus sit molestus. Ut mediâ viâ,
quam beati tenent, incedat, omnes
obser-

observat circumstantias, h. e. materiam disputationis, personas, locum & tempus.

29. Ex his sequentia Corollaria:

I. Sophistas, unâcum variis strophis, nugis, explosionibus, illusionibus, & subsannationibus, esse excludendos.

Indigni enim sunt, quibus disputatio committatur: in primis in Theologicâ, cum in hoc sanctum sanctorum, non nisi cum timore & tremore introeundum nobis sit.

30. *II. Cum rixosis, protervis atque imperitis non facile esse congreduendum.*

Nam cum hi, quâcunq; id fiat ratione, si non sufficiente solutione aut doctâ oppositione, vincere tentent, satius est à disputationibus abstinere, ne ad id deducaris, ut tecum veritate prostituas.

31. *III. Inter pocula à disputationibus esse abstinendum.* Hæc ventosa jactantia cum sit contra ordinem, detestanda

testanda est. Nihil enim est incon-
 venientius, quàm ubi latandum est,
 ibidem de arduis quæstionibus in
 medium aliquid proferre, se osten-
 tare, & de asini umbrâ disputare.
 Tales quoque homines non rarò fa-
 mæ aliorum insidias struunt. Nam
 cum ob varium temperamentum
 fœcundicalices hunc disertum, il-
 lum reddant mutum, non est cujus-
 vis, vino madidum disputare. Hinc
 si quis nodum aliquem non solve-
 ret, non sequitur: Ebrius non po-
 test, E. neq; sobrius.

POSITIO QUINTA.

*Officia disputantium sunt
 vel generalia vel specialia. Com-
 munita sunt, quæ tam respondententi
 quàm opponenti conveniunt.*

ENODATIO.

I. Sequuntur disputatorum of-
 ficia secundū primum præcedentis
 positionis paragraphum. Alia hic
 utriq;

utriq; sunt *communia*, alia *specialia*, h. e, vel *conflictus proœmionis*, vel *ipsum concernunt conflictum*.

2. Quæ in *conflictus proœmio* notanda sunt, ea ad quinque quasi membra revocari possunt. 1. *Status controversiæ rectè esse ponendum*. Nam hic est materia litis, ne frustra disputetur, & cœcis pugnetur ictibus. 2. *Certa principia, in quibus conveniant, præmittant*. Nam si in his nulla fuerit convenientia, multò minùs in illis erit, quæ ex principiis deducuntur. 3. *Argumenta in utramq; partem excogitent, & quid objici, quid responderi possit, sedulò ruminent*. 4. *Alius opponentis, alius respondentis vicem eligat, ut uterq; meliùs se præparare queat*. 5. *Captet sibi benevolentiam, & potissimum auditorum præsentium animos suâ sibi conciliet modestia*. Quâ in re utatur exordio non prolixo, non arrogante, aut

æe, aut impertinente, aut à scopo alieno.

3. *Quæ in conflictu observentur, præter ea, quæ de disputationis requisitis dicebantur, sunt sequentia: 1. Tam respondens, quam opponens vigilet, ne vel per sophismata, vel per stratagemata, à scopo abducatur. Priori resistimus ex consequentiarum regulis & doctrinâ, posteriori verò ex legitimi respondendi modi observatione. 2. Uterq; verborum suorum sit memor. Volat enim irrevocabile verbum. Ideoq; cavendum est, ne verbis suis sibi metipsum sit contrarius. Sic n. auditoribus vel risum vel misericordiam movet. 3. Uterq; non tam autoritate, quam rationibus pugnet. Liberè enim philosophandum est. Valet hinc regula trita: *Amicus Plato, amicus Aristoteles, sed magis amica veritas* 4. Utriq; annitendum sedulo est, quomodo*

modo ex uno discursu plures conclusio-
nes eliciat & adversarium ad absur-
dum ducat, cum fortius premi non
possit quam manifestè falsa conce-
dendo.

POSITIO SEXTA.

Officium opponentis est vel
primarium vel secundarium. Pri-
marius consistit vel in proœmialibus,
vel in ipso cōflictū. In cōflictū duo sunt:
Primum est objectiones in medium
proferre, easdemq; urgere. Secundum
est stratagematicum, seu sophi-
sticum.

1. Præparatoria, i. e. proœmialia,
observatis observandis, enucleant
sequentia: 1. Inspiciat thesium ordi-
nem atq; inscriptionem. In thesibus
quærat omnes ambiguitates, distin-
ctiones & limitationes, omnia &
superflua, & num status controver-
siæ rectè fuerit formatus? 2. Tela, quæ
in theses dirigat, fabricet. Hinc se-
quen-

quentia duo confectaria: (1) *Ad hunc conflictum armis instructi accedamus.* (2) *Attendendum est thema presens, cujus sit disciplina.* Hoc enim modo argumenta, vel ipse facilius inveniet, vel à doctioribus mutuabitur. Id quod ex aliis exceptum, frequenter in animo versabit, & ornabit alienis verbis, ut, quasi vestitu orationis mutato, cum eadem sint, alia tamen videantur. 3. *Argumenta memorie mandet.* Ingenium hoc est servile, quod ex autoribus (*loquor de adultis*) absque selectu omnia descripta ex chartis recitat.

2. In conflictu observa, quæ jam sequuntur: 1. *Legitimè contradices,* ne ignorationem elenchi committas, & injuriâ respondentem afficias. 2. *Rei, imprimis ei, quæ est disputationi principalis,* tumultuario autem opere ordini, aliisque, in quibus peccatum esse commissum vides. 3. *Theses falsitatem ostendes directè & indi-*

*rectè, h. e. incommoda, quæ ex hac
assertione dimanant. 4. Rationibus
pugnabis. Nam est turpe, nudam
autoritatem urgere, & audire: ju-
rasti in verba magistri. 5. Argumen-
ta syllogisticè, h. e. integris propo-
sitionibus propones, ut respondens
mentem, tu responsionem percipi-
as, tempus redimatur & ad audi-
torium major audiendi redundet u-
tilitas 6. Præmissas, si probatione indi-
geant, non rogatus, probabis. Sic e-
nim ob tuam promptitudinem au-
ditorii applausum mereberis, & an-
tagonistæ injicies terrorem. Parce
tamen respondentem minùs exerci-
tato, ne timidum reddas.*

3. Alterum, in conflictû notan-
dum, est argumenta urgere. Ut non
est laudandus, qui in datâ quâcun-
que responsione quiescit, ita cul-
pandus, qui cum clamore eadem
oberrat chordâ. Ergò ut & hanc tui
C officii

officiū partem cum laude tractes, sequentia observato: 1. *Responsionem examina, an sit ad formam, an ad materiam.* 2. *Si negatur consequentia, petes à respondente vitium.* Hoc enim ipsi incumbit, cum semper dicere possit: *nego consequentiam.* Non valet hinc: affirmanti incumbit probatio; quia de materiā, non de formā est accipiendum. 3. *Si vitium formæ fuerit demonstratū, id vel corrige, vel si non potueris, p'anè omitte.* 4. *Si responsio est ad materiam, videbis, an sit per distinctionem, & quod necessariò sequitur, ex distinctione datā limitationem, an per negationē, an denique per concessionem.* Tot n. modi sunt, ut sequens positio dabit. 5. *Si utraq; præmissarum est concessa, inferes, etiam conclusionem esse concedendam; quia in bonā formā ex veris non sequitur falsum.* 6. *Si alterutram vel utramque respondens negat, tua-*

rum partium est probare. 7. Si distinguit, attende, num distinctio habeat fundamentum, & num legitimè applicetur. Si utrumq; fuerit prestitum, quiesces: sin minus, respondentis ostendes.

4. Secundarium opponentis officium consistit in tentationibus & artificiis. Undè etiam dicitur sophisticum & stratagematicum. Hoc quia est accidentale, adeoque ad rem non pertinet, ne numerus pagellarum fiat major, omittimus. De hoc eruditè scripsit *Dannenbauerus*, quem consule.

POSITIO SEPTIMA

& ultima.

Officium respondentis itidem est vel primum, vel secundarium. Primum est vel generale vel speciale; secundarium verò est sophisticum.

C 2

ENC.

ENODATIO.

1. Generale est, *argumenta opponētis assumere & ad ea respondere.* Hic respondens sese auditoribus ut commendat, argumentum opponētis repetat, sine omni verborum ambiguitate, tergiversatione & prolixitate, modeste absq; sensus mutatione, cum quâdam morâ, partim propter auditores, partim propter semetipsum, voce clarâ, distinctâ & perspicuâ.

2. Speciale consistit in solvendis opponētis argumentis. Non repetam hic ea, quæ superius sunt dicta, quod omnis quæstio, à scopo aliena, sit rejicienda, generalia non admitienda, syllogisticè disputandû, forma materiæ præferenda; sed tantum, quæ sunt hujus loci. Itaque omne syllogismi examen est vel Logicum, vel reale. Logicum vel for-

formale, vel materiale. Logicum utrumq; instituitur ex Logicâ; formale ex parte formali, materiale ex materiali. Reale autem ex disciplinis realibus petendum erit.

3. Formale examen duabus absolvitur regulis: 1. *Forma est vel vitiosa, vel vera. Si est vitiosa, respondens vitium ostendat, & Canonem, contra quem peccatur, proferat.* Perpetuum malæ formæ indicium est, si conclusio, præmissis veris existentibus, existat falsa. 2. *Integrum argumentum, nisi corrigatur, tanquã ineptum, rejiciat.*

4. Logicum materiale examen tres sequentes regulæ absolvunt: 1. *Conclusio est observanda, an thesin feriat, nec ne.* 2. *Si non ferit, h. e. non contradicit, opponentem accusare potest vitii, quod vocant ignorationem elenchi. Si ferit, videndum est, ex quibus principiis opponens*
Con-

*eōnclusionem diduxerit, & quomodo
mediū cum extremis cohæreat. Medi-
um cum extremis vel falsè, vel verè
copulatur. Si verè, fit illud vel abso-
lutè, vel secundum quid. Si est falsa
cohærentia, responsione geminâ po-
test uti, *directâ & indirectâ*. Illa fit
per *inficiationem*, additâ negationis
ratione; hæc vel per *instantiam*, vel
per *inversionem*. Si est absoluta me-
dii cum extremis cohærentia, *to-
tum argumentum est concedendum*,
atq; victoria est penes opponentem.
Si secundum quid, distinctio satis-
facit. Prolatâ distinctiōne major li-
mitanda, & limitatione factâ vel
minor neganda, vel totum argu-
mentum est concedendum. Horum
omnium fundamentum ex iis, quæ
sunt dicta superius, in quartâ posi-
tione de instrumentali, seu Logico
disputantium requisito, dabitur.
5. In reali syllogismi examine
itidē*

itidem tres sequentes regulas nota:
 1. *Prima cura sit majoris.* Hæc enim
 plerumq; existit veritatis fons. Er-
 gò major distingvenda est. Qvòd si
 enim major simpliciter conceda-
 tur, & respondeatur ad minorem
 distinctione per se vel per accidens,
 simpliciter vel secundum quid, vel
 simili modo, tantùm abest, ut re-
 spondens aliquid agat, ut etiam in-
 epto hoc respondendi modo for-
 mam minoris, aliàs bonam, vitiet.
 2. *Responsio negativa exulet, ubi li-
 mitativa habet locum.* Nam leniora
 respondendi media durioribus sunt
 præferenda. Adde, qvòd major sit
 eruditio in distinctione, qvàm in-
 ficiatione, cùm hæc etiam à stultis
 adhibeatur. 3. *Minor nunquam limi-
 tetur, nisi priùs major fuerit limita-
 ta.* Nam qui limitat minorem, ipsam
 vitiabit formam.
 6. Ex hæctenus positis enodatio-
 nibus

nibus sequentia extruimus Corollaria: I. *Indirectam responsionem non esse sufficientem.* Non enim argumentum solvit, sed tantum ostendit, quod major non procedat.

7. II. *Ad Conclusionem nunquam esse respondendum.* Nam error semper est in alterâ præmissarum, & conclusio falsa præsupponit præmissâ falsam. Ratio est hæc; quia ex præmissis, tanquam causis sufficientibus in actu, necessaria infertur conclusio. Neque etiam tunc respondendum est, quando ex præmissis non infertur, aut quando plus in eâ est, quam in præmissis, quia tunc non est conclusio. Nunquam enim, quod vi causarum non existit, causati nomen sortitur. Ergo si non est conclusio, neque affirmari neque negari potest.

8. III. *Indirectam responsionem, quæ sit per instantiam, ab opponente*

non

*non refutatur sequentibus: est diver-
saratio, est disparitas in exemplis.*

Nam 1. hæc responsio est aliena,
quia non de similitudine, sed de
majoris universalitate, quam rectè
unicum exemplum destruit, quæ-
rebatur. 2. Est contra Opponen-
tem; quia ipse fatetur tacitè, ma-
jorem falsam conclusionis causam
esse, cum nec formæ, nec minoris
veritatem reprehendere queat.

9 IV. *Responsionem esse bonam:
Conclusio est falsa. Ergò vel major,
vel minor. Quamquam dentur syllo-
gismi, in quibus ambæ præmissæ
deprehenduntur falsæ: v. g. Om-
nis homo est lapis. Omnis asinus est
homo. E. Omnis asinus est lapis:*

Non tamen id per se & semper est,
ut artis præcepta requirunt, sed per
accidens & aliquando. Simpliciter
autem & semper valet disjunctivè:
Conclusio est falsa: Ergò vel
major vel minor, 10 Pari

10. Pari modo, ut opponens
 certa stratagemata potest adhibere,
 quibus respondentem circumve-
 niat: ita & respondenti non desunt,
 ut par pari referat. Hinc ipsius
 officium sophisticum
 oritur.

F I N I S.

35(0)56
 Calvinus Pananus reliquis Papu-
 lis falsè audit.

Handwritten scribble

Wing IV A 182
✓

ULB Halle

3


004 751 426



Se

von 5





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Blue	3/Color	Black
Cyan	Cyan	White	
Green	Green	Magenta	
Yellow	Yellow	Red	

TICÆ PHILO²
 SOPHIÆ, *X/*
boc est,
 æ, Politica, *2*
 Oeconomica
 PENDIUM,
Autore,
 HAELE WEN
 O, S.S. THEOLO
 IÆ D. & P.P.
fine adjiciuntur
 nuini disputandi pro
 servationes, antea ali
 quoties edita
Amst. Batavi.
 TTEBERGÆ
 BUM WILHELMUM
 INCELIUM,
 no M. DC. LV.

